



**R. P. Francisci De Oviedo Madritani, Societatis Iesu,  
Theologiæ Professoris, Cursus Philosophicus**

**Oviedo, Francisco de**

**Lvgdvni, M.DC.LI.**

Controversia II. De Proemialibus Logicæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95503](#)

Punct. I. De distinct. habitus in intellectum.

53

conditionibus positis, distinguetur sufficienter ars libera-  
lis à prudentia, quod intendere videtur Aristoteles cap.  
4. citato, quem in hunc sensum interpretantur Valentia 1.2.  
disp. 2. quest. 3. Punct. 2.

Secundum hanc interpretationem dicendum est Ari-  
stotelem intellexisse nomine factio[n]em quamcumque ope-  
rationem sine immanente, sive transuentem distinctam  
ab operationibus ipsius appetitus, ita ut dependeat à vo-  
luntate, & appetitu quoad imperium, & non quoad effi-  
cientiam, sed ab alia potentia physice elicatur. Difserit  
autem Ars à Prudentia, quia ars in actione seu in factio[n]e  
non attendit rectitudinem operantis, sed tantum ipsius  
operis, ita ut si opus sit iuxta artis praecepta, etiam tamen tur-  
piter efficaciter ab operante propter finistram intentionem  
nisi à qua imperatur opus artificium, habeat totam  
rectitudinem, quam exposcit ars. Prudentia vero versatur  
circa ipsas operations immanentes, quatenus recte  
sunt moraliter, & recte ab homine exercentur, & ex ho-  
nesta intentione procedunt, ita ut nunquam opus, quod  
peccaminosè sit quantumvis sit iuxta præscripta cuiusvis  
artis, seu scientie, possit dici factum iuxta veram pruden-  
tiam, cuius est ita voluntatem gubernare, ut ab illa pecca-  
tum omne remoueat.

Secundum hanc acceptiōem ad hoc membrum reu-  
cantur omnes scientiae practicæ, que sunt habitus cum  
ratione factiū, etiam versentur circa operations intel-  
lectus, sicut Logica, & ob hanc rationem huiusmodi  
scientias exclusit Philosophus 1. Post. tex. 5. alias 7. & 2.  
Metaphys. tex. 3. à vera ratione scientie, vbi tantum scientiam  
pure speculatiuam, scientiam simpliciter appellauit,  
quam definiuit 6. Ethic. cap. 3. Hoc sibi volebat Aristoteles 6. Ethic. cap. 4. docens scientiam esse circa ea, quo-  
rum principium non est in nobis, hoc est quia à nobis non  
sunt, seu quia non considerantur, quatenus à nobis fieri  
possunt, seu ad hoc ut à nobis sunt, sed in ipsis rebus;  
hoc est, quorum principia contemplantur ex parte ipsis  
objiecto scientie, & nobis non sunt; Ars vero dicitur  
esse circa ea, quorum principium est in nobis ipsis, id est  
circa quia nos ipsi artis ope facere possumus.

Ex hoc sit iuxta mentem Aristotelis scientiam non dis-  
tingui ab Arte ex eo, quod scientia aliquid de suo obiecto demonstret; & ars nihil de illo demonstret; quia eti-  
verum sit omnem scientiam plura de suo objiecto demon-  
strare, & nonnullas artes nulla ornari demonstratione, ta-  
men non est contra rationem artis plura de suis objiectis  
demonstrare; scientia enim practica plura demonstrant  
de suis objiectis, & secundum acceptiōem, qua hic  
vtrum Aristoteles, scientia non sunt, sed artes. Distin-  
guuntur ergo scientie, & ars ex eo, quod ars versetur circa  
operations diligenter à voluntate quatenus à nobis fieri  
possunt; & scientia versetur demonstratiōe circa illa, qua  
à nobis fieri nequeunt. Ex quo si, ut opimè docuit Ari-  
stoteles Met. tex. 3. scientiam per se afferre causas sui ob-  
iecti, quia illius est rem per causam ostendere; arte vel  
rem (sub qua scientia-practica continentur) per accidentis  
causas adducere, quia ad artem, & ad omnem habitum  
practicum tantum spectat dare modum, & regulam operis  
faciendi, & illud etiam facere, quando fieri debet, quod si  
causas afferat, has non adducit præcisè ut res per cau-  
tas melius innotescat, sed ut causis cognitis facilius res  
fieri possit.

Ex his concluditur habitum, virtutem, quem intende-  
bat Aristoteles dividere, in hæc quinque membra ade-  
quata secari, quia omnis habitus aut est speculativus, aut  
practicus: si speculativus aut est habitus, quo intellectus  
benè disponitur circa principia viuaversalissima, aut circa  
principia seu conclusiones alienius peculiaris scientie. Si  
circa principia viuaversalissima, erit intellectus. Si circa  
principia alienius scientie, aut circa principia omnium  
perfectissima, vel non omnium perfectissima. Si circa  
principia omnium perfectissima, erit sapientia, quatenus  
conuenit cum aliis in hoc, quod est versari circa principia  
peculiaris scientie, erit scientia. Si versetur circa principia  
scientie non omnium perfectissima, erit scientia, &  
non sapientia. Si habitus sit practicus, aut erit actius,  
aut factius. Si actius, erit prudentia: si factius, erit  
ars.

Nota ultimè quod licet in præsenti nomine scientie  
Aristoteles scientias practicas non comprehendat, quia  
non quamcumque cognitionem demonstratiuum scien-

Tient, de Oviedo, Philosoph. Tom. I.

tiam appellauit, iam tamen frequenter Philosophi scie[n]tias practicas, scientias simpliciter dicunt, & omnem co-  
gnitionem demonstratiuum, scientificam appellant, in quo  
ab Aristotele non recedunt, qui 6. Met. 1. inter scientias  
intellectuales anumerat Philosophiam moralem, & ar-  
tes, non quia omnis ars sit scientia, sed quia ratio scientie  
cum ratione artis non opponitur. Quod si Aristoteles in  
presenti scientiam, & artem distinxit tanquam membra  
in se opposita, ideo fuit, quia nomine scientie non  
scientiam secundum totam suam latitudinem desumpsit,  
sed contractam ad rationem scientie perfectissime, qua  
est scientia pure speculativa. Quod si velis defendere  
scientias practicas ex eo præcisè quod sunt practicas, eti-  
ma demonstratiū circa suum obiectum procedant, absolute  
scientia non esse dicendas, questio erit pura de nomine,  
conveniens in obiecto & in modo tendendi circa tale  
obiectum his scientiis assignando, & tantum in nomine  
illis imponendo dissenties.

CONTROVERSIA II.

De Proœmialibus Logice.

P V N G T V M P R I M V M.

De obiecto Logice.

S. I.

Pramittuntur quedam:

**G**ONSTANS est omnium sententia Logica[m]  
agere de modo sciendi, hoc est de sciendi instru-  
mento, quod forsan tantum est demonstratio, quia  
hac solūm scire dicimus, nihilominus Logica non tantum  
agit de demonstratione, sed etiam de oratione, propositio-  
ne, diuīstone, definitione, argumentatione, & syllogismo  
in communis & de omnibus illius speciebus, quia haec om-  
nia, vel partes sunt modi sciendi, sciendique instrumenta,  
vel eorum notitia requiritur ad cognitionem demonstra-  
tionis, quapropter à multis demonstratio obiectum dicitur  
attributionis, reliqua vero obiecta attributi, de quo  
postea.

In hoc sciendi modo quatenus continet haec omnia in-  
ueniuntur in primis conceptris formales, actus videlicet  
intellectus, in quibus formaliter consistit sciendi instru-  
mentum definitio, propositio, argumentatio, &c. quia nullo  
alio modo sunt haec instrumenta, quam formando hos  
conceptus, hoc vel illo modo inter se ordinatos, quos  
postea voce manifestamus, & aliis mediis his vocibus  
proponimus interna sciendi instrumenta à nobis facta, de-  
finitionem, & argumentationem, &c. quibus correspon-  
dent voces externæ tanquam conceptibus, loco quorum  
substituuntur. Conceptus isti, seu haec sciendi instrumenta  
habent obiecta in qua feruntur, & que representantur,  
seu cognoscuntur, per cognitiones illas, in quibus consi-  
lit formalis definitio, propositio, & argumentatio, &c. quia  
omnis cognitionis alicuius obiecti sive realis, sive ficta est  
cognitionis. Ex his orta sunt diversi modi sciendi in forma-  
lem, in obiectuum, & vocalem. Modus sciendi forma-  
lis dicit conceptus illos internos, ex vi quorum rem defi-  
nitio, affirmo, infero in syllogismo probabili & demonstrati-  
o, qui dicuntur instrumenta sciendi formalia, quia tan-  
quam propria formæ inherēt intellectui: talis est con-  
ceptus respondens his vocibus animal rationale, in quo con-  
silit clara, & definitiva cognitionis, seu definitio hominis,  
& sive de aliis huiusmodi conceptibus. Modus sciendi ob-  
iectivus sunt obiecta significata per modum sciendi forma-  
lem, que representantur per cognitiones, in quibus con-  
sistunt formalis definitio, propositio, & argumentatio.  
Modus sciendi vocalis dicit voces respondentes concepti-  
bus, in quibus consistit modus sciendi formalis, v. g. vo-  
ces istæ animal rationale, quæ dicuntur vocalis definitio,  
quia substituuntur loco definitionis formalis, seu concep-  
tus, quo hominem quidditatib[us] & definitivè cognoscet.  
Ex his questio subhorta, an obiectum Logice sit modus

E 3 sciendi

sciendi formalis, an obiectuius, an etiam se extendat ad modum sciendi vocalem?

**3** Oportet etiam aduertere quæstionem non esse an Logica agat de conceptibus formalibus, in quibus consistunt sciendi instrumenta, secundum rationem communem cognitionis, seu actionis vitalis, & spiritualis; sub his enim formalitatibus ad libros de anima spectant, sed tota difficultas est an Logica agat de conceptibus formalibus secundum specialem rationem instrumentorum sciendi, videlicet quatenus sunt formalis definitio, diuisio, & argumentatio, &c.

**4** Statuendum est etiam non ita posse agi de conceptibus formalibus, quin aliquo modo agatur de obiectuius, quia cum ad hos illi referantur, non possunt cognosciri, quin indirecte & in oblique illorum obiecta cognoscantur, que conceptus obiectui dicuntur. Ex his sit authores afferentes Logicam tantum agere de conceptibus formalibus, negare non posse aliquo modo obiectiuos attingere, quia tantum potest esse quæstio an conceptus obiectui primò, & per se attingantur, ita ut sit obiectum Logicae primarium, an tantum secundarium, & in oblique ratione formalium, quod tantum possunt affirmare, qui afferunt Logicam tantum agere de conceptibus formalibus.

**5** Eadem imò potiori ratione dicendum est illos, qui aferunt Logicam tantum agere primariò de conceptibus obiectuius, negare non posse agere de conceptibus formalibus, per quos entia illa, que per formales cognoscuntur dicuntur obiecta. Ratio est perspicua, quia Logica non agit de obiectis cognitis præcisè secundum suam entitatem, cum enim agit de natura generica, & specifica, non agit de natura animali, & hominius que genus & species denominantur, sed de illis quatenus subiectiuntur his denominationibus, neque de obiecto definito, aut demonstrato secundum se, sed quatenus subest definitioni, aut demonstrationi, alias Logica ageret de omni ente secundum se sumpto, cum nullum sit ens, quod non sit obiectum modi sciendi formalis. Addit bene Ariaga disp. 1. sect. 2. subsect. 2. non posse agi de rebus obiectis, vt subiunt conceptibus formalibus, seu de obiectis vt formaliter sunt obiecta, quin agatur de ipsis conceptibus formalibus, per quos illa, que cognoscuntur, constitutur formaliter obiecta, & per quos formaliter dicuntur conceptus obiectui subesse formalibus, sicuti non potest agi de obiecto vt albo, quin agatur de albedine, per quam constitutur formaliter album, quia ratione potest probabo conceptus formales, seu modum sciendi formale necessariò pertinere ad obiectum formale Logicae.

## §. II.

### Voces non sunt obiectum Logicae.

**6** Non potest in quæstionem vocari an voces secundum se cadant sub Logica obiectum, sed tantum tractanda est difficultas de vocibus, quatenus in syllogismo, & in aliis sciendi instrumentis, constituantur, & ordinantur.

**7** Multi referunt pro scientia affirmativa Nominales afferentes Logicam tantum agere de vocibus, ac proinde has esse obiectum adæquatum Logice; illos tamen ab hac impostura defendit Huradus disp. 1. sect. 3. subsect. 1. qui hoc habeat vocem nomen vtebantur ad significandum conceptum illi respondentem, sicuti enim nomen loco conceptum substituantur, sic nominibus vtebantur loco conceptum, & illa que de conceptibus significare volebat, de nominibus prædicabant, quod in causa fuit ut vulgo Nominales appellarentur, in cuius nominis ignominiam illorum gloria preualuit, que ex doctissimis viris in nomen ipsum alias non decorum, iam ad illos contraactum redundauit, & magno schola plauſu Nominalium hodie nomen recipitur.

**8** Alij sunt, qui vulgi errore suffulti pro se referunt Nominales, afferunt voces esse obiectum inadæquatum Logicae.

**9** Alij acuti recentes tenent voces esse obiectum materia le Logicae, quia participant artificium modi sciendi derivatum ex conceptibus formalibus; sicut actus externus prudentia participat ratione virtutis derivatus ab actu interno.

Dicendum est cum communi Doctum sententia, quos referit, & sequitur P. Suarez disp. 1. Metaphys. sect. 4. n. 27. voces nullatenus ad Logicum spectare, neque aliquam rationem obiecti Logice habere, quod si probo. Significatio & congruentia vocum non spectant ad Logicum, sed ad Grammaticum, cuius est nominibus uti significantibus id quod intendimus, & congruentia nomina seu voces componere, quibus utitur. Ornatus earamidem vocum non pertinet ad Logicum sed ad Rhethorem. Sed in nominibus seu vocibus præter significationem, congruentiam, & ornatum nihil reperitur: ergo nihil est in vocibus, de quo agat Logicus.

Dices in syllogismo vocali reperi ordinem, quo prius ponitur major, deinde minor, & posterius consequentia & in propositione inueniri signum, ita collocatum ut afficiat hunc terminum & non illum, que omnia ad Logicum spectant. Respondeo, huiusmodi collocationem non spectare ad Logicum, sed ad Grammaticum; quod probo, & non solùm diffolu argumentum, sed meam conclusiōnem confirmo. Ad Grammaticum spectat uti vocibus significantibus res eo modo, quo à nobis concipiuntur, & illas adducere, ita ut supposita libera hominum impositione subiecti dicantur loco conceptuum, quos exprime re intendimus: ergo ad Grammaticum spectat tali modo ordinare voces ut propositione constitutur affirmativa, & vt signum hunc terminum afficiat, & vt hec propositione vocalis substituerit loco huius mentalis, que dicitur maior; & illa vocalis propositione loco illius, que dicitur minor; & alia vocalis propositione loco mentalis, que consequentia dicitur, alioquin res non significanter vocibus eo modo, quo concipiuntur, neque voces substituerentur loco conceptum: ergo ad Grammaticum spectat totum artificium syllogisticum, quod potest reperi in vocibus, si in his aliquod reperitur. Probo antecedens: voces invenientur sunt ad significandos nostros cōceptus, & cum quis lingua Latina institutur, id intenditur, ut ille vocibus Latinis uti sciat, ita ut illis suos exprimat conceptus, & similibus vocibus ab aliis explicatos percipiat: ergo ad artem cuiuscumque linguae, seu ad Grammaticam illius pertinet uti vocibus eo modo, quo res exprimuntur, ea ratione, quia concipiuntur, & quo nostri interni conceptus panduntur. Consequentiā prioris enthymematis probo. In syllogismo vocali tantum requiritur ille verborum ordo, ex vi cuius sufficienter exprimitur mentalis syllogismus, seu explicantur conceptus formales in quibus consilii syllogismi mentalis: ergo si ordo requisitus ad hanc expressionem mentalis syllogismi pertinet ad Grammaticum, ut iam probauit, nullus est ordo in syllogismo vocali, qui ad Logicum pertineat.

Obiecties primò: Logica est ignoti manifestatiua. Sed voces manifestant ea, que sunt ignota: ergo voces pertinent ad Logicam. Respondeo: voces manifestare Grammaticaliter non Logicæ, Logica enim per expressiores conceptus manifestat nobis obiecta illa, que confusè cognoscemus; voces vero non ipsi proferenti aliud manifestant, sed tantum audiēnt ea, qua per Logicam vel alii dñe proferens didicet. Sic de vocali definitione dicendum est explicare rei naturam Grammaticaliter, & in ordine ad audiēntem, qui illi exterius manifestat conceptus proferens, per quos natura definiti Logicæ explicatur, & haec explicatio, seu definitio interna ad Logicam spectat, & non illa externa vocalis.

Obiecties secundò: Ad Logicum spectat contemplati syllogismum vocalem: ergo voces pertinent ad Logicam. Probo antecedens: Grammaticus non potest cognoscere an syllogismus vocalis recte, vel male sit conformatus: ergo haec contemplatio ad Logicum pertinet. Respondeo omnia, que pertinent ad voces recte geri, si respondeant conceptibus, cuius sunt signa, quod ad Grammaticam pertinet, neque de illis aliud contemplandum est. In vocibus enim non spectanda est forma syllogistica, sed significatio conceptum, quod si hi formam syllogisticam habeant, hanc voces representabunt, & homo intructus simul Logicā & Grammaticā, per Logicam speculabitur conceptus internos, quos postquam nouerit, per Grammaticam tantum cognoscet, a voces forme syllogisticae respondeant, quod est habere totam figuram syllogisticam, que in illis potest reperi. Quod si purus Grammaticus id præstare nequit, ideo est quia non cognoscit an conceptus illi, quibus voces respondeant, habeant in se figuram syllogisticam.

syllogisticam; & ita postquam nouit voces conceptibus his respondere, dubius manet, an respondeant conceptibus habentibus formam syllogisticam; & an habeant formam syllogisticam, que in ipsis potest exposci, quod est idem; sicuti pictor postquam nouit imaginem, referre hanc figuram, ignarus erit, an referat figuram leonis vel viris, si aliud non nouit, an hac figura sit leonina vel virina, quod arte pictoria comparare non poterit.

14 Obiectus tertius: Terminus distinguitur in terminum mentalem, & vocalem: ergo Logica agit de termino vocali: ergo de vocibus: ergo voces sunt obiectum Logicae. Repondet eodem modo posse probari scripturam esse obiectum Logicae, quia similiter diuidimus terminum in mentalem, vocalem, & scriptum, quapropter afferro diuisiōnē illam esse nimis imprōpriam, & analogam; sicuti diuisio quā solemus hominem diuidere in hominem vivum, & hominem pīctum.

15 Ad exemplum recentiorum quod adduximus de actū externo prudentiae, qui simul cum interno ad virtutem prudentiae pertinet. Respondeo talem actū extēnum pertinere ad virtutem prudentiae, qui est effectus actus interni prudentiae, à quo imperatus procedit, syllogismus verò vocalis non est effectus syllogismi interni mentalis, neque ab hoc imperatur seu dirigitur, sed tantum procedit directus regulis Grammaticae, quarum directōne ita disponuntur voces, ut respondeant conceptibus, in quibus internum syllogismus consistit, quem voces respiciunt non tanquam principium dirigens, aut imperans, sed tanquam obiectum, quod significant, seu loco cuius substituuntur.

16 Adduci etiam solet S. Thomas opusq. 9, quæst. i. & initio libri Periherm. pro sententiā afferente voces esse obiectum Logicae, intelligendus verò est Angelicus Doctor de vocibus pro conceptibus subrogatis, sicut Aristoteles sepe loquitur, & Porphyrius, qui librum prædicabilium, librum quinque vocum appellat.

## §. III.

Affīgnatur obiectum materiale Logice.

17 Dicendum est cum Patre Suario I. Metaphys. dist. 1. sect. 4. & tract. 2. disp. 36. in initio, Patre Fon. tract. 2. Metaphys. cap. 3. quæst. 1. sect. 5. Hatt. disp. 1. sect. 5. subsect. 2. Arriag. disp. 2. sect. 1. subsect. 2. conceptus formales esse obiectum materiale Logicae, quod sic probo. Dialectica seu Logica est aīs praescribens regulas disputandi ut omnes sententias, & docuit Aristoteles i. Rhetor, ad Theodectem cap. 1. & 2. vbi docet munus Dialecticæ esse disputare, & i. Periherm. cap. 1. vbi docet sciri oportere à Dialectico, quid sit affirmatio, & negatio, & S. August. 17. contra Cresconium cap. 18. dicit quid aliat est Dialectica, quām pericula disputandi & docuit Arist. & cap. 14. A disputatione Dialecticæ non accipi, ita Græcè Dialecticus multò differtatis, & tolerabilitis Latinè dicuntur disputatores; quod si usus admitteret Latina Dialectica, Disputatione dicetur, ergo ex mente Aristotelis, & Augustini Dialectica agit de affirmacione, negatione, & disputatione, sed affirmatio, negatio & disputatione sunt conceptus formales mentis: ergo agit de conceptibus formalibus. Confirmatur & declaratur eadem ratio: Logica agit de definitione, propositione, & argumentatione: sed definitio, propositio, & argumentatio important conceptus formales: ergo agit de conceptibus formalibus. Probo minorem: Conceptus, quem ego formo respondentem his vocibus animal rationale, recte explicat naturam hominis: ergo est definitio hominis: ergo definitio importat conceptum formale, & sic de propositione & syllogismo, & reliquo sciendi instrumentis philosophandum: conceptus formales sunt sciendi instrumenta: ergo Logica, quæ agit de sciendi instrumentis, agit de conceptibus formalibus.

18 Vidi recentiores afferentes Logican versari circa intellectus operationes tanquam circa finem, non tanquam circa obiectum immediatum, sicut ars frēnēfactoria habet pro fine equēstrem, & pro obiecto frēni constructionem; sic Logican habere dicunt pro fine conceptus formales diligendos, & pro obiecto conceptus obiectiuos. Contra: Logica immediatus agit circa conceptus formales, quām circa obiectiuos: ergo non possunt conceptus obiectiuos habere rationem obiecti, & formales rationem finis. Antecedens probo: Conceptus obiectui resultant ex forma-

libus, & catenū potest illis aliqua regula prescribi, quatenus formalibus prescribitur, cūm enim in se ipsis non sint, sed tantum in formalibus, ex quibus resultant; sic in se ipsis dirigi non possunt, sed tantum in formalibus: ergo immediatus agit Logica de conceptibus formalibus quam de obiectiuo: ergo non veratur Logica circa conceptus formales tanquam circa finem mediācum mediis conceptibus obiectiuos, circa quos vt obiectum immediatum versetur. Corroboretur præcedens conclusio rationibus, quibus iam probabo conceptus obiectiuos non pertinere ad primarium Logicæ obiectum.

Dicendum est secundū, Logicam primariū & per se non agere de conceptibus obiectiuos, sed tantum secundariū quatenus hi sunt obiectum formalium; sicuti pictor, qui agit de Cæsaris imagine tantum de Cæsare agit quatenus est obiectum imaginis, quæ est proprium & immediatum obiectum suæ artis. Logicam non agere de conceptibus præcisè secundū se sumptis, sed tantum quatenus formalibus subsunt extra omnem controvērsiam est, de illis ergo tantum poterit agere quatenus formalibus subsunt. Sed haec ratione non posse de illis agere, nisi quatenus agit immediata de formalibus, sic probo. Eatenus potest agere de conceptibus obiectiuos vt subsunt formalibus, & de illis præcepta tradere quatenus ab ipsa sunt: sed conceptus obiectui vi directi tantum sunt à Logica, quatenus ab ipsa sunt formales: ergo tantum potest agere de conceptibus obiectiuos, vt subsunt formalibus, quatenus agit de formalibus. Maior per se patet, frustra enim præcepta tradierentur de illo, quod fieri nequit, præcepta enim ordinantur ad praxim, & ad illud per se tantum possunt ordinari præcepta, quod est praxis, seu operatio exercita præceptorum directione. Minorem probo: in conceptibus obiectiuos vt directis, seu vt subsunt formalibus duo reperiuntur: entitatis ipse, quæ cognitiones seu formales conceptus terminant. Sed Logicus non facit entitates ipsas secundū se: ergo tantum affici formales conceptus. Confirmatur & declaratur eadem ratio: conceptus obiectui vi directi, seu vt subsunt formalibus per se non sunt, sed tantum resultant ex formalibus, sicuti denominatio visi resultat ex visione, & catenū tantum possunt bene malè fieri, quatenus bene vel male sunt formales: ergo tota directio eo debet tendere, vt recte sunt formales, quibus recte factis obiectiuos recte esse directos necesse est: obiectui enim vi directi, tantum sunt in directione ipsa, sicuti paries formaliter vi visus tantum sit in ipsa visione. Rem vñico cape verbo. Id doceor Logicā, quod facio: Sed ego tantum facio conceptus formales: ergo tantum Logica doceor circa conceptus formales. Rurius, Logicā tantum docemur definire, diuidere, enunciare, & arguere, sed hæc omnia tantum consistunt in nostris intellectus operationibus: ergo Logica tantum agit de nostris intellectus operationibus.

Dices his probari actū prædictos Logicæ tantum tendere circa conceptus formales, dari tamen in eadem Logica alios actū speculatiuos, qui veruntur immediatè non solam circa conceptus formales, sed etiam circa obiectiuos. Poterant solutionem reūicerē ex dicendis Punct. 5. vbi probabo nullum actū speculatiuum reperi in Logica; sed esto, actū speculatiū continet Logica, adhuc hi tantum immediatè formales conceptus intuebuntur, quod si probo. Logica non speculator res secundū se sumptis, sed formaliter quatenus directas: ergo id, quod formaliter speculator, est earum directio. Sed directio ipsarum nihil aliud est, quām formales conceptus, à quibus obiecta extrinsecè directa dicuntur: ergo id, quod formaliter Logica immediatè contemplatur, tantum est directio conceptuum obiectiuorum, quæ non distinguunt à conceptibus formalibus.

Dices, conceptus vt directos duo dicere, formalem directionem, & obiecta, quæ ab hac exrinsecè directa dicuntur, & vñrumque Logican speculari. Contra: Logica non agit de obiectis, quæ conceptibus formalibus directa dicuntur, secundū se sumptis, vt distinctis à formalibus, sed illa formalitate, sub qua subeunt denominationē directorum: ergo tantum agit de forma illa à qua procedit talis denominatio; sicuti pictor, qui agit de tabula vt picta tantum agit primariū, & per se de pictura, & de tabula, tantum secundariū. Confirmatur: conceptus obiectui vt directi tantum dicunt primariū, & per se illud supra quod cadit reduplicatio vñsed hæc tantum cadit supra rationem

E 4 formalem

formalem illorum : ergo conceptus obiectui formaliter ut directi tantum dicunt primari & per se directionem & secundari & in obliquo subiecta, que denominantur directa : ergo dicere Logicam agere de conceptibus obiectui formaliter ut directis, tantum est dicere Logicam primari agere de directione, secundari de subiectis, que his subiuntur. Particulam ut tantum cadere supra rationem formalem illius, quod afficit, communis omnium loquendi modus ostendit, & communis omnium consenserit imposita est ad hanc rationem formalem significandam, quod constat ex omnibus loquitionibus, quibus hac particula vtrinque dicitur enim de subiecto albo & dulci, v. g. de faccharo, faccharum ut est album, non est dulce, quo tantum significamus albedinem non est dulcedinem, seu non esse eandem formam, est ut cuius idem subiectum album constitutur, & ut cuius dulce redditur.

<sup>22</sup> Obiectum Hurtadus ; Plura praecepta, que tradit Logica non possunt verificari de conceptibus formalibus, sed tantum de obiectuis : ergo Logica non tantum agit de conceptibus formalibus, sed etiam de obiectuis. Probat antecedens : Logica docet definitionem, & definitum debere conuerti, quod non potest conuenire conceptibus formalibus, qui inter se connectuntur, & optimè quadrat conceptibus obiectuis : deinde docet genus predicari de specie, quod de conceptibus formalibus dici nequit, sed de obiectuis : Similiter docet utramque premissem non distinguiri realiter à conclusione, sed tantum ratione nostra, quod verum est in praemissis, & in conclusione obiectuis, & non in formalibus, ergo haec & alia huiusmodi praecepta traduntur tantum de conceptibus formalibus, & non de obiectuis. Si aliquid probaret hec ratio extorqueret Logicam agere de obiectis conceptuum formalium secundum le sumptis, & non quatenus subiunt conceptibus formalibus, quod nemo admittit, & ego sic inferri probo. Obiectum conceptus formalis definiti, & obiectum conceptus formalis definitionis, seu definitionis formalis in se independenter à formalibus conceptibus abique vlo responsum ad illos conuertuntur, seu sunt idem ut per se notum est, & vt subiunt his conceptibus formalibus distinctis non conuertuntur : ergo hoc quod definitionem, & definitum conuerti, non conuenit conceptibus obiectuis ut subiunt formalibus, sed secundum se sumptis : ergo de illis secundum se sumptis agit Logica. Obiecta illa non conuerti ut subiunt illis distinctis cognitionibus sic probo : Obiecta ut subiunt illis cognitionibus dicunt formaliter cognitiones realiter distinctas : ergo licet materialiter conuertuntur, seu sint idem simplex obiectum, formaliter non conuerti dicuntur, non enim concreta, quorum forma distinguntur formaliter sumpta, conuerti possunt, quamvis subiecta conuertantur, quia haec formaliter sumpta conuerti, dicit conuerti formas, per quas conuertuntur. Confirmatur : haec propositio in omnium sententia est falsa faccharum ut subiectum albedini, subiectum dulcedini, que idem sonat cum ita faccharum ut est album, est dulce, & utraque dicit identitatem inter albedinem & dulcedinem : ergo similiter haec propositio est falsa, homo ut subiectum formalis definitionis, seu definitio formalis, subiectum conceptus formalis definiti, que cum ita coincidit, homo ut cognitus per definitionem formalem, est cognitus per conceptum formalis definiti, qui non est definitio, sed conceptus confusus definiti, & utraque importat identitatem inter definitionem formalem, & conceptum, ex vi cuius definitum confusus apprehenditur, quia in re non subsistit, & ita utraque propositio est falsa. Idem arguit de identitate praemissarum cum conclusione, & generis cum speciebus, & de quibuscumque aliis.

<sup>23</sup> Respondeo praecepta Logica immediatè tradi circa conceptus formales, que tantum dirigi possunt, quorum sensus hic est : definitio & definitum debent conuerti, hoc est, conceptus formales definitionis, & conceptus formales definiti sic debent confici ut obiectum vtrinque sit idem inquietabiliter sumptum : Genius praedicatur de specie : hoc est, conceptus formalis generis, & conceptus formalis speciei tales debent esse ut obiectum conceptus formalis generis vere dici possit de obiecto conceptus speciei : Præmissæ non distinguuntur realiter à conclusione, hoc est conceptus formales præmissarum, & conceptus formales conclusio- nis sic debent esformari, ut obiectum conceptus for-

malis conclusionis non distinguatur ab obiecto conceptum formalium præmissarum, & sic de omnibus aliis præceptis. Sic intelliguntur præcepta cuiuscumque artis, cum enim ars architectoria dicit, edificium debet habere hanc proportionem longitudinis, & latitudinis, præceptum hoc immediate dirigetur ab architecto, cui immediate non præcipitur proportio longitudinis, & latitudinis, sed id, ex quo resultat longitudine, latitudo, & harum proportio, quod est præcipi illarum actiones lapidum & lignorum ex quibus resultant longitudine, latitudo harumque proportio.

#### S. IV.

*An omnes operationes intellectus pertineant ad obiectum Logicae.*

<sup>24</sup> E st difficultas an Logica, qua habet pro obiecto conceptus, seu intellectus operationes, versetur circa omnes operationes, apprehensionem videlicet, iudicium, & discursum ; an harum aliqua ab obiecto Logicae sit excludenda ? Non defuere antiqui, qui tantum ad tertium intellectus operationem obiectum Logicae reducunt ; neque alii, qui strictiores terminos Logicae obiecto assignarent afferentes hos demonstrationem non excedere. Iam tamen inter authores tota controvicia ad apprehensionem simplicem deducitur. De iudicio & quocumque discursu apud omnes Doctores, uno vel altero tempore, statutum est ad obiectum Logicae pertinere. Simplicem apprehensionem ab obiecto Logicae excludant Nostris Conimbricenses question. 5. Proem. art. 3. Hurt. disp. 1. sect. 2. §. 16 Logican amplecti tanquam proprium obiectum omnes intellectus operationes defendunt P. Suarez tom. I. Metaphys. disp. 1. sect. 4. P. Bonf. 2. Metaphys. cap. 3. quest. 1. sect. 3. P. Rub. quest. 6. Arriag. disp. 2. sect. 4.

Præmitto duplē dari apprehensionem, quadam simplicem, aliam compostam. Simplex apprehensio dicit illa, in qua obiectum apprehensum appetit inquietabiliter ut unum, sive in se ut unum, sive plura, sicut apprehensio, qua fertur in ratione, quod ex parte obiecti dicit plura, & omnia instar unius ex vi huius apprehensionis attinguntur. Apprehensio composta est illa, in qua obiectum instar duorum apprehenditur, sicut in hoc complexo animal rationale, in quo rationale apprehenditur instar distincti ab animali, eti cum illo identificetur.

Præmitto similiter bisariam posse rem aliquam arte dirigiri. Primo ut compositum artificiosum, quod ars sua directione construit, quo pacto cathedra domuvel ab arte dirigitur : Secundo potest dirigiri non ut opus artificiosum neque ars factum, sed ut pars operis seu ut materia quam desumit ars in constructionem operis artificiois. Sic dominicatoris ars dirigit ligna, & lapides ab alio artifice expolita, ad quorum usum, & non ad illorum effectu regulas prescribit. Quod primo modo dirigitur potest esse omnino simplex & omnis compositionis expers. Ratio est facilis : opus aliquod ab arte dirigiri nihil aliud est, quam in se tale euadere, quale illud prescribit ars, seu quale cognitione dictat esse faciendum. Sed entitas omnino simplex potest fieri ea ratione, quia cognitione dictat esse faciendum : ergo opus omnino simplex potest dirigiri cognitione prescribente non solum illius usum, sed illius effectu : sic Angelus à Deo productus procedit effectus secundum ipsius effectuem à cognitione simplicis intelligentiae, quia Deus cognovit Angelum possibilem in differentem ut produceretur. Que posterior modo diriguntur, eti secundum suam entitatem simplicia vel composta esse possunt, quia possum ego uti re simplici vel composta ad aliam conuendam, semper diriguntur directione quadam ordinata ad opus componentum ex illo, cuius usus prescribitur ; & ex alio adiungendo entitati, quia vivunt tanquam materia, aut parte rei faciende. His præmissis duplii conclusione difficultatem definio.

<sup>27</sup> Apprehensio composta potest dirigiri ab intellectu in se ut fiat artificiose, & de facto ita dirigitur, quod sic probo. Apprehensio, quia expressæ, & distinctæ percipio partes metaphysicas hominis per conceptum respondentem his verbis animal rationale, est sciendi instrumentum, videlicet, definitio

definitio constans genere & differentia facta iuxta regulas Logicae, qua praebunt definitionem debere constare genere & differentia: ergo hac apprehensio potest dirigi Logicae precepto, quo instruor hac ratione definitio nem confidere. Confirmatur: si quis intendens hominem definire apprehenderet animal sensituum, contra Logica regulas definitionem exhiberet, seu potius nihil definiret: & si apprehenderet animal rationale sensituum, definitio illa esset contra Logicae precepta, quia in illa superflueret sensituum: ergo definitio fieri potest iuxta Logicae precepta, & contra eadem Logicae precepta ergo potest praescribi Logicae preceptis. Rem simplici enthemate ostendo: Logica tradit precepta definiendi: ergo definitio potest dirigi his preceptis, alias superflue precepta ista darentur, si nihil deferuerint ad definitionem faciendam. Definitionem confidere in simplici apprehensione sic probo: quando ego dico, homo est animal rationale praedicto definitionem de definito: ergo definitio non est totum hoc complexum, homo est animal rationale, sed illud extrellum, quod se tenet ex parte predicatorum, videlicet animal rationale, quod est obiectum simplicis apprehensionis, quae regulariter praedit hoc iudicium, ut plurimum enim astequam ego enunciem animal rationale, apprehendo vtrumque extrellum, quod postea annexo per actum iudicii, & apprehensione terminata ad hoc extrellum animal rationale est ad aquatam hominis definitio, quae ex parte obiecti continet quod essentiale est homini, & hoc distincte sine confusione partium metaphysicarum attingit cum distinctione inter genus & differentiam, videlicet inter animal, ex vi cuius homo conuenit cum aliis speciebus, & rationale, ex vi cuius differt a reliquis omnibus.

28 Responderet Hurtadus definitionem non pertinere ad Logicum, nisi quatenus affirmatur definitio, vel de illa aliquid affirmatur vel negatur, & tunc non est obiectum simplicis apprehensionis, sed iudicij, neque in hoc iudicio (ait Hurtadus) reperiatur aliqua apprehensio, quae iudicio corresponeat, quia hec non est pars iudicij, ac proinde etiam si hæc propositio homo est animal rationale, sit obiectum Logicae, nulla simplex apprehensio in hac propositione reperiatur, quae Logica dicatur obiectum. Fatoe in hoc iudicio homo est animal rationale nullam reperiiri simplicem apprehensionem, quia iudicium non componitur ex apprehensionibus vt bene docet Hurtad. verum tamen non alesior Hurtado afferent definitionem extra iudicium per simplicem apprehensionem, factam, ex vi cuius percipio animal rationale, non esse obiectum Logicae, quod sic impugno. Hac apprehensio animal rationale verè attingit partes Metaphysicas homini distinctè cognitas, quarum una est genus & altera est differentia, & in omnibus est conformis preceptis definitionis, quod non habet alia apprehensio animal sensituum seu animal sensituum rationale: ergo hæc apprehensio est iuxta regulas Logicae quod alia non habet; ergo hæc apprehensio est Logica obiectum.

29 Dices apprehensionem hanc esse iuxta Logica prescriptum, nihilominus non esse preceptis Logica directam, quia independenter ab his sicut in mente excitata, & in ordine ad hanc apprehensionem perinde se habent precepta Logicae, ac si non essent. Adde consequenter, quod ait Hurt, precepta Logica non esse de definitione facienda extra iudicium, quia frustra traderentur precepta, de illo quod vi præceptorum fieri nequit, sed de definitione inclusa in iudicio, quo quis dicit, homo est animal rationale, aliòve huiusmodi.

30 Tota rei difficultas in huius solutionis doctrina vertitur, nullus enim negare poterit apprehensionem respondentem his vocibus animal rationale definitionem contineare, in qua nullus scrupulosus Dialeticus vitium deprehenderet, & ita non ex alio capite poterit ab obiecto Logicae extrahi, nisi ex eo quod independenter fiat à preceptis omnibus Dialeticis, & ita illius rectitudino non à Logica acquista procedat. Quod si intellectus possit aliquo precepto dirigi ad hanc apprehensionem elicendam, ipsam intra obiectum Logicae contineri extra dubium erit. Sentio inherens doctrina tradit, rectitudinem huius apprehensionis, seu ipsam apprehensionem, à qua rectitudo non distinguitur optimè fieri posse dependentem à preceptis Logicae quibus intellectus instruitur. Probat hoc non nullus ex eo quod postquam intellectus apprehendit animal, & apprehendit rationale, & apprehendit hinnibile,

& apprehendit mortale, & alias huiusmodi differentias, potest preceptis Logicae instructus coniungere apprehensionem animalis cum apprehensione rationalis, & quandam complexam apprehensionem componere, ex vi cuius hominem definitat, quod forsitan non ita faceret si preceptis Logicae non esset instructus, sed his destitutus coniungeret cum apprehensione animalis alias alijsve apprehensiones, quibus vitiosam redderet definitionem. Hac ratione defendunt simplicem apprehensionem dirigi preceptis Logicae non tanquam opus artificiosum, sed tanquam materialia ex qua fit artificiosum opus, sicuti diriguntur ligna & lapides in constructione domus. Doctrina hæc non omnino placet, quia apprehensio composta non componitur ex duplice simplici apprehensione, sicuti neque iudicium ex duplice apprehensione, quod probabo Controu. g. de anima, Punct. 2. ergo intellectus non potest coniungere apprehensionem simplicem animalis, & apprehensionem simplicem rationalis ad construendam hanc complexam apprehensionem animal rationale: ergo precepta Logica non possunt intellectum instruere ad hanc apprehensionem eliciendam.

His tamen non obstantibus censeo precepta Logica intellectum dirigere ad apprehensionem compositam faciendam ex pluribus simplicibus, non quia intellectus simplices apprehensiones in se vniat, sed quia ex obiectis apprehensis distinctis apprehensionibus simplicibus unam compositam conficiat amplectentem obiecta vtriusque simplicis. Exempli gratia, apprehendit intellectus animal, & apprehendit intellectus rationale, & hoc absque ullis Logicae preceptis, vel saltem absque preceptis, quae versantur circa definitionem; his habitis apprehensionibus dicit Logica: annexa obiecta harum duarum apprehensionum alia apprehensione, quae indubitate vtrumque attingat obiectum, quo facto optimam homini definitio nem confringat constantia in genere, & differentia: posse voluntas hac cognitione prauenta imperat intellectui apprehensionem illam, quam confici intellectus imperatus voluntate directiu Logicae precepto seu cognitione prescribente quomodo sit facienda definitio. Itaque apprehensio animali, & apprehensio rationali, per apprehensiones distinctas, imperat voluntas prauenta cognitione prescribente, definitionem faciendam esse per apprehensionem complexam indubitate ad vtrumque obiectum terminatam, quam apprehensionem elicit intellectus, quae est praxis actus Logicae illiusque obiectum.

Ex his inferes apprehensionem animalis, & apprehensionem rationalis extrinsecè tantum posse dirigi ut materialia, ex qua fit definitio, quae non fit ex ipsis apprehensionibus, quia, vt dicebam, apprehensio composta ex simplicibus non componitur, sed tantum ex obiectis, ad quae simplices apprehensiones terminantur.

Procedit modò difficultas an simplex apprehensio possit in se dirigi, vt opus artificiosum, quae tota denoluitur ad inquirendum, an apprehensio, quæ confici genus, vel speciem, sive per precisionem ex parte actus, sive ex parte obiecti possit à voluntatis imperio dependere. Quia certum est apprehensionem, quæ cognoscit animal abstractum à suis inferioribus, & apprehensionem, quæ apprehendit rationale abstractum à suis inferioribus & præsum ab animali constitutum verum genus, & veram differencem, ita vt nullum vitium contra Logicae precepta in his apprehensionibus possit reperiiri. Censem nonnulli has simplices apprehensiones non posse imperari, quia si intellectus sufficiens habet speciem ad illas, necessariè eliciuntur; sin minus, nullo imperio intercedente elici poterunt. Non alesior huic rationi, quia non omnes species que sunt in intellectu sufficientes ad aliquem actum, semper intellectum ad illum elicendum determinant, sed illum constituant potentem elicere actum, si determinetur à voluntate ad talen actum elicendam, vt in omni probabili iudicio certum est. Affirmo ergo postquam quis cognovit hominem & equum cum aliquibus operationibus similibus & alijs dissimilibus, & ex preceptis Logicae cognovit rationem genericam abstractam ab specibus distinctis habentibus similes operationes, quarum principium confusè cognitum dicitur genus, posse voluntatem imperare intellectui, vt abstractum principium aliquod commune illarum operationum similem, quod dicetur genus illarum species, ex vi cuius imperii intellectus apprehendit principium illarum operationum,

tionum, videlicet animal, quod est propriæ genus constitutum formaliter per illam cognitionem, si cognitione pertinet ad rationem formalem generis; vel quasi efficienter, si cognitione non pertinet ad rationem formalem generis, sed illam fingit, &c. Voluntatem posse huiusmodi abstractionem factam per simplicem apprehensionem, mihi suadeo ex eo quod scimus intellectum subiecti voluntati in omnibus actibus, quorum habet principium sufficiens, & non ad illos necessari determinans, quod habere respectu harum apprehensionum experientia ipsa fuderet. Secundò quia scimus intellectum in pluribus actibus voluntatis obediens, & nulla est ratio, quæ huiusmodi apprehensionem ab illius eximiat imperio. Tertiò quia ipsa experientia compertum est nos pro nostræ voluntatis libertate modò apprehendere rationem animalis præcisam, modo rationem rationalis, & alia huiusmodi prædicta vniuersalia.

**34** Obiçies: quando voluntas imperat hanc apprehensionem, ex vi cuius constituitur vel efficienter vniuersale; iam intellectus cognoscit illam apprehensionem: ergo cognoscit illius obiectum per eandem cognitionem, quæ apprehensionem cognovit: ergo iam habet apprehensionem de illo obiecto, cuius apprehensionem imperat; ergo iam supponitur factum genus, aliudve vniuersale ad quod factum imperatur apprehensio. Confirmatur: eo ipso quod voluntas imperat intellectui apprehensionem circa principium sentiendi commune homini, & equo, iam supponitur intellectus cognoscens hoc principium commune: ergo iam factum supponitur apprehendens tale principium: ergo iam supponitur construens vniuersale: ergo vniuersale nunquam si Logica præceptis, vel si aliquando sit, illius effectio est superflua, cum iam supponatur factum ex alia apprehensione precedente actum imperij Logicae præceptis directum. Respondeo actum voluntatis imperare in actu primo constructionem vniuersalis, seu principij communis omnium actuum sciendi, non verò hanc speciale constructionem vniuersalis, seu hoc speciale animal quod nondum intellectus agnoscit, licet ex illo imperio hoc vniuersale speciale procedat, sicut cum voluntas imperat intellectui inquisitionem rationis ad aliquam conclusionem probandum, & ex vi huius imperij intellectus inquirit, & hanc speciale inuenit rationem, quam numquam intellectus in particuli apprehenderet. Ex quo sit non supponi ad illud imperium, ex quo procedit constructio huius vniuersalis animal, cognitionem aliquam de apprehensione speciali, per quam sit, neque de illius speciali obiecto, sed in communi de aliqua apprehensione, cuius speciale naturam nondum intellectus perspectam habebat. Sic contingit in omnibus sciendi instrumentis, quia antequam intellectus apprehendat in particuli demonstrationem aliquam, quæ concludatur hominem esse risibilis, eo ipso quod proponatur intellectui hoc obiectum, homo est risibilis, esse demonstrabile, voluntas imperare potest intellectui ut obiectum demonstraret, quod prestabat intellectus per hanc numero demonstrationem, cuius principia ipse inquireret.

**35** Obiçies primò: Simplex apprehensione est vniuersus simplex actus: sed vniuersus actus non est capax directionis: ergo simplex apprehensione non est capax directionis. Respondent nonnulli simplicem actum non esse capacem directionis ut opus artificiosum, bene tamen ut materiam ad opus artificiosum conducementem; ergo verò hac solutione prædictæ argumento satisfacere non possum, quia dixi simplicem apprehensionem dirigi ut opus in se artificiosum. Respondeo negando minorem, quia simplex actus conformis potest esse regulis artis, & ita potest regulis dirigi, quibus sit conformis. Neque obicitur non posse male fieri, quia directio non semper deferrunt ut idem opus, quod posset male fieri, rectè fiat, sed ut fiat opus intrinsecè rectum, quod sine directione, quoad substantiam non fieret: sed de hoc latius.

**36** Obiçies secundo: Dialectica nullum tradit præceptum ad simplices apprehensiones eliciendas, neque illa doceatur obiecta apprehendere: ergo Dialectica non respicit simplices apprehensiones tanquam proprium illarum obiectum. Respondeo Dialecticam non tradere præcepta ad apprehensiones faciendas præcise, ut sunt cognitiones, sed quatenus sunt forma constituentes vniuersale, vel illius effectiones, & quatenus sunt definitiones alicuius obiecti docemant enim præceptis Logicae quales debeat esse

apprehensiones, ut huiusmodi munera praesent, & quibus debemus vti ad definiendum diuidendum, quod fit per simplicem apprehensionem; ex vi cuius cognoscitur distinctè obiecta, que ante in ista vniuersitate fuerant præcognita, & ad constringendum vniuersale, quæ omnia ad Dialeticam, & ad sciendi modum spectant.

## §. V.

An ens rationis sit obiectum Logicae.

**37** Requens est in Thomistarum schola sententia, quæ docet obiectum Logica esse ens rationis. Ita sentire videtur D. Thom. 4. Metaphys. lect. 4. part. 2. quam sententiam illi adscribunt Sot. quest. 1. Proem. vbi citat alia loca S. Thom. Aegid. Romanus initio Elench. Tol. quest. 5. proem. Fonf. lib. 2. Met. cap. 3. quest. 1. lect. 3. P. Rub. quest. 6. concl. 2. qui omnes uno Fonfecit dempto S. Thomam sequuntur; eamdem sententiam tenet Durandus in 1. dist. 33. quest. 1. num. 10. Caterulinus P. Hurt. subsect. 1. & 2. præcipue à S. 53. optimè probat Angelici Doctoris mentem esse, obiectum Logica esse nostros formales conceptus, qui entia rationis dicuntur, quia efficienter ab intellectu procedunt, & in intellectu subiecti, & ab intellectu esse habent, ac proinde cùm ratio pro intellectu sumatur, optimè nostræ ratiocinationes entia rationis dicuntur, quia à ratione, hoc est ab intellectu procedunt, & in ratione subiectantur. In eodem sensu rectè interpretatur Aristotelem, & ferè omnes Doctores pro hac sententiâ suprà citatos, quos legitimè ab Hurtado exponi præcipue Angelicum Doctorem constabit legenti, testimonia ab ipso adducta, quæ omitti, quia apud ipsum facile videri possunt.

Obiectum Logica non esse ens rationis, hoc est ens ratione factum fert communis sententia, quam amplector iuxta doctrinam traditam, ex qua ita clare infertur ut nouâ probatione non indiget. Unico verbo discursum infinitum: Obiectum Logica sunt operationes nostri intellectus: ha non sunt entia facta sed realia, sed realiter ab intellectu producta, & in intellectu recepta: ergo obiectum Logica est aliquid reale & non ratione factum. Quod si dicas, præter operationes intellectus, quæ sunt reales, etiam entia rationis ad obiectum Logica spectare, facilè viam hanc ex prædictis præcludam. Si ens rationis aliquo modo pertineret ad obiectum Logica, maximè quia est obiectum conceptum formalium ad Logican spectantium: Sed obiectum conceptum formalium non est obiectum Logica; ergo nullæ rationes entia rationis possunt ad obiectum Logica pertinere. Tradunt maiorem omnes, qui assertur obiectum Logica esse ens rationis. Minorem ex professo suprà probauit; obiecta enim conceptum formalium sunt conceptus obiecti, & hos non pertinere ad primarium Logica obiectum multis ostendi.

Ex hac doctrina totum sententiae contraria fundamentum eruerit, si enim illius propagatores arguant: Logica agit de definito, de genere, de differentia, & specie, & aliis secundis intentionibus. Sed definitum ut definitum, genus, differentia, & species sunt entia rationis: ergo agit de entibus rationis. Respondeo, Logican primariò non agere de definito ut definito, neque de genere, differentia, aut specie quatenus sunt obiecta facta à nostro intellectu, si verum est, hæc esse obiecta facta; sed de actibus, seu de operationibus, seu cognitionibus, quibus hæc obiecta finguntur, quas reales esse nemo ibit inficias, quia obiectum factum non potest fingi, nisi per realem cognitionem, ex vi cuius habet esse obiectum in intellectu. Dixi non agere de his quatenus sunt obiecta facta, si talia esse verum est, quia existimo definitum ut definitum, genus, differentiam, & speciem esse entia realia, ac proinde etiam Logica de his ageret, non ageret de obiectis factis. Hæc obiecta non esse facta, sed realia sic probo. Definitum ut definitum tantum importat denominationem extrinsecam deriuatam à cognitione, in qua formaliter consistit definitio, seu à definitione formalis: verbi gratia homo ut definitur dicit hominem ut cognitum ex vi cognitionis respondentis his vocibus animal rationale, que cognitione est formaliter definitio, & suum obiectum definitum denominat. Sed hæc extrinsecas denominatio non est ens factum, sed ens reale indistinctum à obiecto denominato, & à forma denominante;

Punct. I. De obiecto Logice. §. VI.

59

nante: ergo definitum ut definitum non dicit quid fictum, sed tantum quid reale extrinsecum. Definitum ut definitum tantum importare extrinsecam denominationem à definitione derivatam, sicuti visum ut visum, & cognitum ut cognitum similes denominations important procedentes à cognitione & visione, negabit nemo: has denominations extrinsecas non esse entia rationis, sed realia probo. Controu. 12. Met. Punct. 5. Genus, differentiam, speciem, & alia huiusmodi concreta non esse entia rationis, sed realia intentionalia constabat ex dicendis Controu. 3. vbi probabo vniuersale, & consequenter omnes illius species in quibus continentur concreta suprà relata, constitui formaliter per cognitionem realem terminatam ad obiecta realia, nullà fictione intercedente; ac proinde etiam Logica respicit tanquam proprium obiectum vniuersale, genus, & speciem, nullum fictum obiectum respicer, quia animal ut vniuersale, & vt genus respectu hominis, & equi tantum dicit cognitionem quamdam confusam, in qua consistit forma vniuersalis, & forma generis, quæ extrinsecè dat conceptui obiectivo animalis denominationem vniuersalis, & talis vniuersalis, videlicet generis, & sic in quibuscumque aliis speciebus vniuersalis contingit, quæ tantum important extrinsecam quamdam denominationem ab hac, vel ab illa cognitione tanquam à definitione derivatam.

Agit ergo Logica de vniuersali, genere, & specie secundum id quod formaliter dicunt, hoc est, de formis per quas vniuersale, & illius species constitutur, quæ sunt cognitiones reales; quod si cognitiones ita non constituerent formaliter vniuersale, & illius species, sed tantum terminantur ad formas fictas ex vi ipsarum cognitionum, per quas formas vniuersale, illiusque species constituerent, quod ita fieri multi probabiliter sentiunt, tunc non diceretur Logica agere tanquam de obiecto primario, de formis vniuersalis, & speciebus vniuersalis, sed de cognitionibus, ex vi quarum fierent tales forme fictæ, quia forme fictæ in se ipsis dirigi non possent, sed in cognitionibus, ex vi quarum fierent; implicat enim obiecta ficta directionem aliquam habere, præter directionem intrinsecè inherentem cognitionibus, quæ extrinsecè obiecta directa denominant, non enim alia ratione obiectum bene, vel male cognitione potest constitui, nisi quatenus cognitione ad illud terminata bene vel male se habet, & tantum potest arte fieri obiectum siue reale, siue rationis constitui rectè cognitionem, quatenus potest arte fieri constitui rectam cognitionem ad illud terminatum.

Ex his inferes, quod etiam genus, aut species pro materiali sit ens rationis, ut cùm chimera consideratur tanquam quid superioris respectu hircocerui, & hippocentauri, non ideo Logican agere de ente rationis, quia Logica immediate & per se non respicit tanquam proprium obiectum materiam, ex qua sit vniuersale, sed cognitionem per quam sit, siue hæc sit forma vniuersalis, ut ego cum multis sentio, siue tantum terminatur ad formam illius vel alii opinantur. Quod si Logica inquirat, que sit materia, & que sit forma vniuersalis, ideo est, quia Logica intendit dirigere cognitionem, in qua consistit, vel ex vi cuius fugitur forma vniuersalis & cognitionem terminatam ad materiam vniuersalis, & ideo non potest non secundari de harum cognitionum obiectis agere.

Obiectis primò: Aristotelem. Met. tex. 5. licetem Dialecticum & Metaphysicum agere de omni ente: Sed Metaphysicus agit de ente reali: ergo Logicus agit de ente rationis. Absurdè satish hoc Philosophi testimonium ad rem hanc adducit, si enim aliquid probaret, ex illo inferretur Logicum agere de omni ente rationis vniuersaliter sumptu; quod Dialecticum esse errorem affirmat P. Suar. disput. 50. Met. initio. Alter intelligendus est Aristoteles, videlicet de ente reali respectu Dialectici & Metaphysici, de quo secundum se sumptu agit Metaphysicus, & de eodem formaliter ut definibili, & vt demonstrabili, & sub aliis denominationibus, quas participat à sciendi instrumentis agit Dialecticus, quod tantum est agere de definitione, de demonstratione, & de aliis scientiis instrumentis.

Ad quacumque alia testimonia, quæ ex Aristotele & S. Thomae adducuntur, respondentum est, per ens rationis non intelligi ens fictum, sed ens à ratione seu ab intellectu factum, quod frequenter apud Aristotelem, & S. Thomam ens rationis appellatur. Sic Aristoteles. Post-

litic. cap. 14. vbi artes intellectuales, artes rationis vocat, & S. Thom. opusc. 47. syllologium vocavit actum rationis, & opusc. 48. in tract. de demonstratione cap. 14. scientiam appellat motum rationis.

Obiectis iterum: Contraiorum eadem est scientia, seu disciplina: Sed Logica agit de definitione reali: ergo agit de definitione ficta, seu de definitione rationis: ergo agit saltem inadäquate de ente rationis. Confirmatur: quia Metaphysicus agit de ente reali, agit de ente rationis, quod opponitur enti reali: ergo quia Logicus agit de definitione formalis reali, debet agere de definitione formalis rationis, quæ illi opponitur. Eodem argumento poterit probari quacumque aliam scientiam agere de ente rationis. Theologia enim, quæ agit de Deo reali, dicetur eadem ratione debere agere de Diis fictis, qui opponuntur Deo vero, & reali; & facultas, quæ agit de vera Medicina dicetur agere de Medicina ficta. Respondeo definitionem rectam, de qua agit Dialecticus non opponi contrariè cum definitione rationis, sed cum definitione vitiosa, quæ non est iuxta regulas rectæ definitionis, & ita Dialectica, quæ agit de recta definitione, etiam debeat agere de definitione illi contrariè oppositâ, non debet agere de definitione rationis. Ad confirmationem desumptam ex Metaphysica, Respondeo obiectum Metaphysica esse conceputum entis realis abfractum sumptum, cui tantum potest ens rationis opponi, quia vnum contrarium debet esse extra aliud, & extra ens reali prater ens rationis nil potest ex cogitari, quod illi opponatur.

§. VI.

*De restituendis, & directione operationum intellectus, & artificio Logicae prescripto.*

D iversus est directio, quædam activa, alia passiva, vel formalis. Directio activa est dictamen illud, ex vi cuius prescribitur modus, quo faciendum est opus quod dicitur directum, actus verbi gratia quo dicit Logicus, definitio debet constare genere, & differentia, & actus, quo dicit Architectus: adificium debet habere hanc proportionem longitudinis cum latitudine. Directio passiva vel formalis est ratio illa, ex vi cuius opus arte factum conforme est dictaminis prescribenti modum, quo faciendum est, quod in adificio erit hæc proportio longitudinis cum latitudine, & in definitione hæc compositio ex genere, & differentia, quæ correspondenti duplice directioni activa suprà explicata. Directio activa extrinsecè est operi directo, & directioni formalis, fertur enim activa directio in opus directum, & in illius directionem tanquam in obiectum quod prescribitur, & ad quod faciendum dirigit operantem. Directio formalis seu passiva intrinsecè est operi directo, & in illo reperitur: intrinsecè enim est definitionis compitio ex genere, & differentia, & adificio proportio longitudinis, & latitudinis, quæ habet.

Cæterum, in ipso opere directo duplē directionem possumus intueri, quandam intrinsecam, extrinsecam aliam. Directio intrinsecè est illa, ex vi cuius opus est conforme dictaminis artis, siue ab illis processerit, siue non. Sic definitio constans genere, & differentia dicitur iuxta dictamenta Logicae, etiam si casu facta fuerit nullo prædictam Logico, & hæc directio sumitur formaliter ab aliquo intrinsecō rei directa. Alter potest dici opus extrinsecè directum, quatenus de facto est obiectum directionis activa, à qua procedit, & à qua tanquam à forma extrinsecè dicitur directum, sicuti dicitur obiectum visum à visione, quam terminat. Hac directione extrinsecè carebit definitio quantumvis exacta, quia calu facta fuit, seu ab homine ignaro seu oblio preceptorum Logicæ, quæ horum actuum obiectum non est, neque ab illis dependet, cædemque directione extrinsecè gaudet definitio, quæ procedit à dictamine prescribente modum, quo facienda est, cui dictamine conformis euadit, & cuius dictum praxis seu operatio. Itaque hæc eadem definitio animal ratione, quæ semper est intrinsecè directa, habebit directionem extrinsecam si procedat à directione activa, seu à dictamine prescribente modum quo facienda est, & extrinsecè directione carebit, si non procedat ab illa directione, actua à qua tanquam obiectum à cognitione, quæ est directio, denominatur cognitio, & directa. Directio extrinsecè in opere directo nullā perfectionem formaliter

## 60 LOGICA. Controv. II. De Proximalibus Logica.

formaliter imperat, tantum enim ordinatur ut sit causa directionis intrinseca, in qua consistit perfectio operis directi: quod si hoc directio intrinseca sit, absque illa extrinseca directione, à qua opus factum denominetur extrinsecè directum, nihil in illo opere desiderabitur, ut absolute dicatur perfectum: non enim perfectius quis dicit esse edificium factum regulis artis alio, eodemve causa facta; ita tamen ut si regulis artis fueret, non alia ratione, sed eadem omnino faciendum esset, neque quis cum syllogismum contemplatur, inquirit an processerit à Logica naturali, vel acquisita, an ab homine conscient vel ignaro præceptorum Logica, sed an an se habeat rectitudinem formalē intrinsecam, ex vi cuius conforme sit præceptis Logicis sive ab illis processerit, sive independenter ab illis fuerit factum.

48 Totum Logica artificium situm est in hac formalī rectitudine, eo enim ipso quod definitio, definitio, & syllogismus habeant hanc formalem rectitudinem, ex vi cuius definitio in se conformis sit omnibus præceptis, nil desideratur: sed eo ipso quod sit exacta definitio, habet omne artificium definitionis, sine quo non posset esse definitio: ergo eo ipso definitio sit conformis omnibus præceptis de definitione traditis sive ab illis dependeat, sive non, habebit omne artificium definitionis.

49 Hac directio intrinseca, seu hoc Logica artificium, quod reperitur in quolibet sciendi instrumento, non distinguitur ab ipsis conceptibus formalibus. Ut rem clarius explicem, premitto instrumentum sciendi posse dici constare vno tantum conceptu formalī, seu vnicā cognitione: vel posse dici constare duplici formalī conceptu, seu duplice cognitione, quo admissio afferat directionem, seu artificium instrumenti sciendi includentis vnicum tantum conceptum formalē ab hoc non distingui, & directionem instrumenti sciendi includentis duos, trével conceptus formales non distinguuntur ab his tribus actibus simul sumptis. Conclusionem sic explicatam probo: postulo simplici conceptu representante animal rationale, ex vi cuius distincte cognoscuntur partes. Metaphysica hominis, si hoc complexum animal rationale per eundem actum representatur, ut communis fert opinio, quam ego defendo Controv. 5. de anima, Punct. 2, scilicet quocumque alio datur exacta hominis definitio formalis: ergo nulla alia directio se nullum artificium superadditum requirit ad exactam definitionem: ergo artificium, quod importat exactam definitio, non est quid superadditum huic conceptui formalī, seu huic simplici cognitioni, ex vi cuius cognoscitur animal rationale. Secundò iudicium, quo ego dico homo est animal, quod simplicem actum indubitate importare probo eadem Controv. 5. de anima Punct. 2, quocumque superaddito scilicet est enunciatio superioris de inferiori: ergo est prædicatio directa & formalis, iuxta regulas Logice: ergo per se ipsum habet totam directionem Logican, seu totum Logica artificium: ergo nihil requiritur superadditum, vt hoc iudicium sit intrinsecè directum. De instrumento sciendi quod constat pluribus conceptibus formalibus eodem modo arguo. Pono definitionem hanc animal rationale includere duplēm conceptum formalem seu duplēm cognitionem, quandam terminatam ad animal; aliam ad rationale: eo ipso quod datur hec duplex cognitione, quandam terminata ad animal, alia ad rationale; ex vi utrumque intellectus cognoscet animal rationale: ergo utrumque consilueret definitionem hominis: ergo in utrumque consiliet totum artificium definitionis. Idem dicam de iudicio. Si velis defendere constare tribus actibus realiter distinctis: Eadem ratione arguo in syllogismo: eo ipso quod dentur hec iudicia: *Omnis homo est animal: omne animal est sensitivum*: & postea aliud procedens ex his duabus: ergo *omnis homo est sensitivus*, datur syllogismus perfectus: ergo syllogismus non includit directionem aliquam superadditam his iudiciis, si in his tribus syllogismus consistit: ergo nulla directio superaddita his iudiciis requiriatur ad rectum syllogismum constitutendum, sive probabilem, sive demonstratum, cum enim duo priora iudicia sint probabilia, syllogismus est probabilis, & cum fuerint evidencia syllogismus demonstratius euaderet.

50 Ratio à priori facilis est: directio formalis & intrinseca conceptuum formalium est modus, quo attingunt obiecta; & hoc ex vi illorum cognoscuntur: sed in cogni-

tione non distinguitur ratio cognoscendi, & modus cognoscendi, & ratio attingendi, & modus attingendi obiecta: ergo in cognitionibus non distinguitur directio ipsarum ab ipsis cognitionibus: ergo idem est dari hos conceptus formales, & hos hanc habere rectitudinem, hanc directionem, seu hoc Logica artificium.

Ex hoc inferes eundem numero conceptum, eodemve indubitate sumptos non posse bene, & male dirigiri, quia directio & indirectio ab ipsis non distinguitur, sed eatenus dicitur Logica dirigere conceptus formales, quatenus praescribit eliciuntur eorum, qui per se ipsis sunt sunt directi, & prohibet elicere alios, qui per se ipsis sunt indirecti. Similiter in instrumento, quod contat dupliciti conceptu formalē potest dici Logica dirigere huc conceptum formalem iam elicitem, quatenus dictat coniungendum esse cum hoc eliciendo, & non cum alio: exempli gratia, postquam quis habet hos duos conceptus formales, *omnis homo est animal: omne rationale est homo*, potest Logica illos dirigere praescribendo eliciuntur huius ergo *omne rationale est animal*, cum quo priores coniunguntur, & omnes simul habeant rectitudinem syllogisticam, quam duo priores non haberent, si coniungerentur cum illo: ergo *omnis homo est rationalis*.

Inferes similiter in conceptibus formalibus non posse distinguiri dirigibilitatem ab ipsa directione actuali intrinseca, qua cum per suam entitatem dirigantur, non possunt concepi cum potentia ut dirigantur, neque cum indifferentia ad directionem, nisi eadem ratione qua imprimitur dicere solemus entitatem esse indifferentem ad existendum, que indifferentia non importat aliquam potentiam physicam; sed tantum Logican, aut Metaphysicam. Dixi non distinguiri directionem actuali intrinseca à dirigibilitate, quia respectu instrumenti quod constat pluribus conceptibus possumus in aliquibus eorum ab aliis separatis concipere aliquam dirigibilitatem, seu potentiam ut dirigantur; Exempli gratia, hi duo conceptus *omnis homo est animal: Petrus est homo*, nondum habent directionem syllogisticam, quam habebunt si coniungantur cum isto: ergo *Petrus est animal*: sed possunt cognosci indifferentes ad hoc ut cum illo coniungantur: ergo possunt cognosci indifferentes ad hoc ut dirigantur. Hac tamen indifferentia non est ad directionem, quam in se possint habere ut opus artificiosum; sed ut partes componentes opus artificiosum, videlicet syllogismum, qui nunquam indifferens est ad habendum vel non habendum directionem, quam essentialiter includit. Concludo ergo in opero artificioso distinguiri non posse dirigibilitatem à directione, nisi per dirigibilitatem intelligatur ipsa actualis formalis directio in statu possibilis; & rursum distinguiri dirigibilitas & directio, sicut homo existens, & homo possibilis, & possibilitas, & existentia cuiuscumque entitatis. Poterit tamen distinguiri dirigibilitas partis componentis opus artificiosum, ab ipsa directione actuali, quia huius dirigibilitas tantum dicit potentiam partis ad componendum, & actualis directio dicit actualem compositionem, qua consistit in coniunctione partis potenteris cum alia comparte, seu cum aliis componentibus, ex quibus simul sumptis adequatest opus artificiosum.

Obiectio primo: Rectitudo actus voluntatis distinguuntur ab actu voluntatis: ergo rectitudo actus intellectus distinguuntur ab actu intellectus. Respondeo, antecedens negari à multis Theologis, nihileminus illo admisso consequentiā à me negari, quia actus voluntatis induit honestatem moralem, que recipit extrinseca circumstantias temporis, & loci, aliasque quam plures, ex quibus quocumque deficiente deficit honestas actus, seu illius moralis rectitudo, quia bonum ex integra causa; actus vero intellectus hanc moralē rectitudinem participat aliquando ab actu voluntatis, que etiam illi superaddita est, in presenti autem non disputamus de rectitudine morali, seu in genere moris, cuius fundamentum est voluntatis libertas, sed de rectitudine physis actuum intellectus, que à nulla extrinseca circumstantia dependet, data enim entitate extrinseca huius formalis conceptus *animal rationale* quocumque extrinseco superaddito implicat non dari rectam exactamque hominis definitionem.

Obiectio secundū: Rectitudo domus distinguuntur ab elementis, ex quibus componitur: ergo rectitudo syllogismi distinguuntur à conceptibus formalibus ex quibus componitur

51

52

53

54

nitur, etiam simul sumptis. Respondeo negando consequentiam, quia omnia domus elementa, seu tota materia, ex quibus domus construitur, dari possunt domo non constructa, quia constructio domus addit, supra omnia elementa illorum ubicaciones superadditas, ex vi quarum dominus habet hanc proportionem partium inter se, quae possunt ab ipsis elementis separari; assensus vero ex quibus componitur syllogismus non possunt existere, quin existat syllogismus, qui nihil his superadditum includit, sed consistit in ipsorum coexistencia, seu in existentia conclusio-  
nis, supposita existentia premisarum.

<sup>55</sup> Initabis contra hanc solutionem: Ex eisdem actibus intellectus possunt fieri diuersa sciendi instrumenta: ergo sciendi instrumenta distinguntur ab actibus intellectus, etiam simul sumptis. Probatur antecedens. Ex conceptu hominis, & ex conceptu animalis, & ex conceptu copulae est potest fieri haec propositio, *animal est homo*: potest ite haec componi, *homo est animal*: ergo ex eisdem conceptibus possunt fieri diuersa sciendi instrumenta. Respondeo haec propositiones non constare eisdem conceptibus, sed in opinione, quae assertit iudicium importare simplicem qualitatem, esse omnino diuersas in nullo communicantes; in opinione vero, quae assertit iudicium inuolueret tres cognitions distinctas, cognitionem terminatam ad copulam est esse distinctam in his duabus propositionibus, quia diuersus est modus annexandi extrema significatus in hac propositione, *homo est animal*, à modo eadem extrema annexandi significato in hac propositione, *animal est homo*.

## §. VII.

## De Obiecto formalis Logice.

<sup>56</sup> Obiectum formale cuiusvis conclusionis pertinentis ad aliquam scientiam sive probabilis, sive scientifica, sunt premisse, ex quibus talis conclusio deducitur, ex vi quarum intellectus conclusioni assentitur. Sic obiectum formale huius Logice: *Definitio debet esse clarior definitio*, erunt premisse, ex quibus deducitur, videlicet: *Omne quod definit ad explicandum debet esse clarius re explicanda*. Sed *definitio debet ad explicandum definitum*. Ex quibus legitimè concluditur: *ergo definitio debet esse clarior definitio*. Et sic reliqui actus cuiusvis scientiae respiciunt tanquam obiectum formale premisarum, ex quibus deducuntur. In quo sensu non inquirimus quod sit obiectum formale Logice, aut alius cuiusvis scientiae, sed tantum fogamus quae sit formalitas in subiecto cuiusvis scientiae, ratione cuius constitutatur subiectum actuum talis scientiae: & caius passiones, & proprietates scientiae contemplatur, seu ostendat practicę, vel speculatię, etiamsi talis formalitas non sit obiectum formale motuum actus scientiae, quatenus actus habet hanc speciem. Itaque cum inquiritur, quod sit obiectum formale scientiae, inquirimus quae sit formalis ratio propter quam illa, qua de hoc subiecto enunciantur pertinente ad hanc scientiam, queve ratio formalis ad constituentium actum pertinentem ad hanc scientiam, & materialis in ordine ad constituentium actum sub hac specie determinata, ex pluribus quae sub eadem scientia continentur. Exemplum sit in his actibus: *Definitio debet esse clarior definitio*; *diuisus latius debet patre quolibet membro diuidente*. Ratio formalis propter quam vterque pertinet ad Logicam est, quia vterque versatur circa dirigendas operationes intellectus: prior circa dirigendam operationem intellectus, ex vi cuius sit definitio; posterior circa dirigendam operationem intellectus, ex vi cuius sit demonstratio: & ita ab obiecto vtriusque abstractitur directio operationis intellectus, circa quem vterque versatur. Si tamen inquiramus, à quo specificet hic actus specificus, *diuisum latius debet patre membro diuidente*, necessariò dicemus specificari à suis premisarum, quae erunt: *Omne totum latius patet sua parte*; *diuisum est totum*; *Ergo latius patet sua parte*. Ex quibus postea inferunt: ergo latius patet membrum diuidente, quod est pars illius, & sic alter actus, *Definitio debet esse clarior definitio*, specificatur à premisarum supra adductis. Ex hoc inferes non queri cùm inquirimus, quod sit obiectum formale aliquius scientiae, quod sit specificatum singularium actuum secundum propriam vniuersalique rationem specificam, sed secundum rationem illam communem, ex vi cuius dicitur pertinere ad tales scientiam videlicet

ad Logicam, ad Philosophiam, vel ad Metaphysicam, quae specificatio defumitur ex ratione formalis subiecti, de quo aliiquid enunciatur, ex vi harum vel illarum premisarum, quae materialiter se habent in ordine ad hanc speciem actus scientifici constituendam, ex pluribus quae sunt sub eadem scientia, & potius diceretur ratio formalis subiecti, quam obiecti scientiae, est enim formalis ratio illius de quo aliiquid demonstratur, & non est ratio formalis demonstrandi, seu enunciandi illud, quod dicitur de scientia subiecto.

Duo insuper sunt præceptorum genera, quae possimus in Logica reperire: quædam positiva, alia negativa. Præcepta positiva sunt, quibus dicitur: *Definitio debet compoti ex genere & differentia*: *In syllogismo recte concidente maior extremitas debet in conclusione ex parte predicati collocari*. Præcepta negativa sunt quibus dicitur: *syllogismus non debet habere quatuor terminos*. *Membra diuidenda non latius debent patere suo diuiso*, & alia huiusmodi. Præcepta positiva immediatè respiciunt ipsam rectitudinem sciendi instrumenti, quam per se attingunt; *compositio enim ex genere & differentia*, quam prescribit primum præceptum positivum, est ipsa definitionis rectitudo; & *collocatio maioris extremitatis ex parte subiecti in conclusione*, quam attingit ut obiectum; *secundum præceptum*, formaliter pertinet ad rectitudinem demonstrationis. Præcepta negativa, eti ordinantur ad rectitudinem positivam non immediatè illam attingunt, sed irrectitudinem quam intendunt vitare in sciendi instrumento, præceptum enim, quod dicit, syllogismus non debet contare quatuor terminis, & præceptum quod dicit, membra diuidenda non debent latius patere diuiso, dicunt modum, quo non est faciendum sciendi instrumentum, non tamen prescribunt modum, que faciendum est, & explicant quid debeant non habere sciendi instrumenta, non tamen definunt quid positivè contineat debeant, quod placet prænotasse ad exactiorem explicationem obiecti formalis Logice.

<sup>57</sup> PRIMA CONCLUSIO. Obiectum formale Logice non est directio actiuæ. Hac conclusio facilissime probatur: directio actiuæ est præceptum, ex vi cuius prescribitur modus, quo faciendum est sciendi instrumentum. Sed hoc præceptum est actus ipsius Logice, seu ipsa Logica: ergo non est obiectum Logice, cum Logica à suo obiecto distinguatur. Maior constat ex dictis. Minorē admittunt omnes, qui afferunt munus Logice esse præcepta tradere ad instrumenta Dialectica construenda.

<sup>58</sup> SECUNDA CONCLUSIO. Obiectum formale Logice non est directio extrinseca operis artificiosi. Probo clare: haec directio extrinseca est denominatio resultans ex ipso actu Logice, seu ex ipso præcepto prescribente modum, quo faciendum est sciendi instrumentum: Sed præceptum Logice non fertur tanquam in obiectum in denominacionem resultantem ex illo in obiecto, circa quod versatur: ergo directio extrinseca instrumenti sciendi, seu instrumentum sciendi ut extrinsecè directum per directionem actiuæ non est obiectum Logice. Antecedens constat ex dictis. Consequentiam probo: actus quo ego agnoscō syllogismum componendum esse ex tribus terminis non respicit syllogismum ut cognitum per illum actum, alias se ipsum respiceret & supra se ipsum reflecteret: ergo non respicit syllogismum ut directum extrinsecè per directionem actiuæ.

<sup>59</sup> TERTIA CONCLUSIO. Præcepta positiva seu affensus Logice respiciunt in opere artificioso ipsam directionem intrinsecam formalem indistinctam ab ipso opere artificioso, & à conceptibus formalibus ex quibus componitur. Probo hanc conclusionem: Obiecta horum actuum: *syllogismus debet constare tribus terminis*, & *Definitio debet constare genere & differentia*, sunt ipsa constructione syllogismi ex tribus terminis, & ipsa compositione definitionis ex genere, & differentia: sed haec syllogismi constructione, & haec definitionis compositione important directionem actualiem syllogismi, & definitionis, ut constat ex doctrina tradita: ergo obiectum horum actuum est directio actiuæ horum instrumentorum. Idem contingit in quocumque præcepto positivo Logice, seu in quocumque affensu de opere artificioso, seu de sciendi instrumento, cuius obiectum semper erit directio formalis intrinseca ipsius instrumenti. Hanc directionem intrinsecam non distingui ab ipso

opere artificiose, & à conceptibus formalibus, ex quibus adæquate consurgit sciendi instrumentum probauit suprà. Constatit etiam ex dicendis de præceptis negatiuis, seu de actibus diffensu, Logicam formaliter intendere hanc directionem intrinsecam instrumenti sciendi.

61

**QUARTA CONCLUSIO:** Præcepta negativa Logica seu actus diffensus versantur circa positivam irrectitudinem operationum intellectus, quam vitare intendunt. Ratio est facilis: sicuti actus, quo dicimus, *definitio debet constare genere, & differentia,* attingit operationem intellectus propter rectitudinem operationis, seu operationum intellectus quan in definitione reperiit intendit Logica: si actus quo dicimus *syllogismus non debet constare quatuor terminis,* attingit operationes intellectus quibus fieret virtiosus syllogismus constans quatuor terminis propter irrectitudinem, que in talibus actibus, & quia hanc intendit Logica vitare in intellectus operationibus, detestatur operationes, in quibus talis irrectitudo reperitur: & sicuti præcipit fieri operationem, seu operationes, in qua vel in quibus reperiit rectitudinem definitionis compositæ ex genere, & differentia, quia in his operationibus rectitudine reperiit, sic prohibet fieri operationes, in quibus reperiit irrectitudo syllogismi virtiosi compositi ex quatuor terminis, quia in his operationibus hac irrectitudo, seu hoc vitium reperiit: ergo sicuti præcipiens rectitudinem definitionis respicit rectitudinem, quam præcipit in exacta definitione ut obiectum, ratione cuius formaliter actus iste pertinet ad Logicam; sic actus prohibens irrectitudinem syllogismi virtiosi constantis quatuor terminis respicit irrectitudinem, quam prohibet, ratione cuius formaliter actus iste pertinet ad Logicam: ergo sicuti rectitudo, quæ præcipitur, ex vi huius actus: definitio debet constare genere, & differentia, est ratio formalis propter quam actus ex vi cuius præcipitur, pertinet ad Logicam, irrectitudo, quæ prohibetur, ex vi huius actus syllogismus non debet constare quatuor terminis, est ratio, propter quam actus, ex vi cuius hac irrectitudo prohibetur, pertinet ad Logicam.

62

**QUINTA CONCLUSIO.** Obiectum formale Logica non tantum est rectitudo operationum intellectus, sed etiam irrectitudo operationum intellectus. Hæc conclusio ex duabus præcedentibus efficaciter probatur. Obiectum formale alicuius scientie, quod in praesentiarium inquirimus est illud ratione cuius actus dicuntur ad illam scientiam pertinent; sed præcepta positiva Logica, seu illius assensu pertinent ad Logicam propter rectitudinem, quam præcipiunt; & præcepta negativa Logica, & illius diffensus pertinent ad Logicam propter irrectitudinem, quam prohibent, ut probauit tertia, & quartæ Conclusiones: ergo rectitudo operationum intellectus est ratio, ut ad Logicam pertineat hic actus; & irrectitudo est ratio ut ad eandem scientiam pertineant alij actus: ergo Logica, que hos, & illos actus amplectetur rectitudinem, & irrectitudinem ut obiectum formale adæquatum rectitudinem modis actibus illam præcipientibus, & irrectitudinem modis actibus illam prohibentibus respiciet.

63

**SEXTA CONCLUSIO.** Etiamsi irrectitudo operationum intellectus sit obiectum formale, ex vi cuius aliqui actus pertinent ad Logicam, ut probauit Conclusionem 4. & obiectum formale Logica non solùm dicat rectitudinem operationum, sed etiam illarum irrectitudinem, abolutè dicitur obiectum formale Logica esse rectitudinem operationum, nullâ mentione habita de irrectitudine. Statuit hanc conclusionem communis loquendi modus, iuxta quem dicitur irrectitudinem operationum intellectus esse obiectum formale Logica, quod de irrectitudine non dicitur: Definida plures sunt rationes quæ illam suadent. Primo, quia actus illi, quibus prohibetur irrectitudo pauciores sunt, & minus præcipiunt, quam actus, quibus rectitudo percipitur. Secundo, quia ipsi actibus, quibus prohibetur irrectitudo, intendit Logica rectitudinem syllogismi, & ita possunt dici ordinari ad positivam rectitudinem, eò enim tendit actus, qui dicit ne fiat syllogismus constans quatuor terminis, ut fiat syllogismus rectus constans tribus terminis, & ideo prohibetur irrectitudo ut exerceatur rectitudo, quam præcipit alius actus; non autem ideo præcipitur rectitudo, ne exerceatur irrectitudo: præcepta enim negativa Logica non sunt in negatione irrectitudinis, sed ordinantur ad rectitudinem positivam: præcepta autem positiva in ipsa recti-

tudine sunt, quam per se intendunt, & secundariè irrectitudinem auertunt, ne deficiat actibus intellectus debita restitudo. Tertiè; quia præceptum Logica prohibens syllogismum fieri ex quatuor terminis, quasi præcipit negationem quatuor terminorum in syllogismo pertinentem ad illius formalem rectitudinem & rectitudinem, ac proinde quasi immediatè præcipit rectitudinem. Non dixi absolutè præcipere negationem pertinentem ad rectitudinem, sed quasi illam præcipere, quia strictè loquendo præceptum prohibens syllogismum ex quatuor terminis componi non præcipit negationem quarti termini in syllogismo qui tantum tribus constat, quia implicat hunc numero syllogismum ex tribus tantum terminis compositum ex quatuor componi, quia conceptus formales illius per se ipsos respiciunt hos terminos, & per se ipsos habent non respicere alios, sed tantum prohibet fieri loco huius syllogismum alium per se ipsum respiciendum quatuor extrema, & ex quatuor terminis compositum quem tantum immediate prohibet, & ob hanc rationem dixi tendere in irrectitudinem syllogismi virtiosi, si enim immediate tendet in negationem formalem pertinentem formaliter ad rectitudinem syllogismi, immediate tenderet in syllogismi rectitudinem, & ita nullus daretur actus Logica, qui respiceret irrectitudinem tanquam rationem formalem, ex vi cuius ad Logicam pertinet.

Contra conclusiones præcedentes supposita iam doctrinæ traditiæ vix aliquid potest obici, quod solutum non sit, hoc vnum superest argumentum quod expendo, & soluo. Obiectum materiale Logica dicit operationes intellectus; obiectum formale dicit earundem rectitudinem ab ipsis indistinctam: ergo Logicus tantum agit de ipsis operationibus formalibus secundum se sumptis, & quatenus sunt expressiones talium obiectorum: sed Animisticus agit de eisdem operationibus secundum se sumptis, & quatenus sunt expressiones fuorum obiectorum: ergo Logicus, & Animisticus agunt de eodem formalis obiecto. Respondeo Animisticum agere de operationibus intellectus quatenus sunt expressiones fuorum obiectorum inferendo esse spirituales, consistere in qualitate vel in actione, fieri mediis specibus, vel produci immediate à phantasmate; quadam esse abstractius, & intuitu alias; Logicum vero nihil ex his inferre, sed hanc cognitionem denominare hoc obiectum subiectum, & illud predicatum; hoc diuissimum, & illud membrum diuidens; hoc superioris, & illud inferioris; hoc antecedens, & illud consequens & alia huiusmodi, de quibus non curat Animisticus, ac proinde longè diuerso modo operationes istæ pertinent ad Animisticum, & ad Logicum, & sub diuersa ratione formaliter terminant actus virtusque scientie.

## S. VIII.

### De obiecto attributionis.

**D**E obiecto attributionis Logica inter nos recentiores longa est dissertatio, quam magna ex parte de nomine esse censeo, quod fatetur Arriaga disput. 2. sect. 5. subsect. 1. num. 45. multo enim sibi fingunt definitionem obiecti attributionis, ut iuxta illam facilè defendant obiectum attributionis illud esse, quod ipsis tale placuit appellari. Lege Hurtadum, si vis disp. 1. sect. 8. & Arriagam suprà, apud quos diffusè difficultatem tractatam inuenies; ego enim breuissimè ab illi me expediam.

Pater Suarez disput. 1. Metaphys. sect. 4. à num. 26. P. Fonteca 2. Metaphys. cap. 3. quest. 1. sect. 5. PP. Comimbr. quest. 5. artic. 3. P. Rubius quest. 5. à num. 21. sentiunt obiectum Logica esse modum sciendi in communi amplectentem definitionem, diuisionem, & argumentationem.

Sotus cum aliis Thomistis, quibus consentiunt Comimbrenses quest. 5. proœmial. art. 3. & apud hos Scotus & Albertus docent obiectum adæquatum attributionis Logica esse argumentationem in communi.

Hurtad. & Arriag. & alij plures recentes affirmant obiectum attributionis esse demonstrationem, ad quam reliqua ordinantur, quæ in Logica docentur.

**PRIMA CONCLUSIO.** Modus sciendi in communi non potest esse obiectum attributionis Logicae quod sic probo. Per modum sciendi in communi vel intelligitur ratio aliqua abstracta ex parte obiecti ab omnibus sciendi instrumen- tis,

cis, vel intelliguntur omnia sciendi instrumenta confusa cognitionem formae syllogismi demonstratiui, cum profluit eadem omnino. Sed cognitio materie neutiquam potest deserire, & etiamsi deferueret, non diceretur deserire cognitio syllogismi, quia materia syllogismi syllogismus non est: ergo cognitio syllogismi probabilis non ordinatur ad cognitionem demonstrationis.

Quod si demonstratio, & syllogismus probabilis contrarie opponantur & ad eandem scientiam pertineant, non ideo infertur syllogismum probabilem, neque illius notitiam ordinari ad demonstrationem: ex hoc enim capite non est maior ratio ut ordinetur syllogismus, probabilis, aut illius notitia ad demonstrationem, quam ut ordinetur demonstratio, aut illius notitia ad syllogismum probabilem, sive enim de utroque contrario quemadmodum agit scientia, et patet in qualitate respectu primarum qualitatum. Tunc autem dici solet scientia secundarii agere de aliquo contrario, quando hoc non est simpliciter tale, neque illius notitia per se est utilis, nisi quantum conductus ad aliud cognoscendum, sicuti Metaphysica, quia agit de omni ente agit de ente rationis, quia opponitur cum ente reali, & primarii, quia non est simpliciter ens; & quia illius notitia tantum est utilis, quantum conductus ad ens reale cognoscendum, & ita nulla scientia per se primarii agit de ente rationis.

**70 SECUNDA CONCLUSIO.** Demonstratio non est obiectum attributionis; quod sic probo: Syllogismus probabilis non ordinatur ad demonstrationem: sed Logica agit de syllogismo probabilis: ergo non omnia, de quibus agit Logica ordinantur ad demonstrationem: ergo demonstratio non est obiectum attributionis. Syllogismum probabilem non ordinari ad demonstrationem probo, ex eo quod non sit pars illius, neque presupponatur ad illam, neque aliquo modo ad demonstrationem pertineat. Rursus syllogismus vniuersaliter dividitur in demonstratum & probabilem, tamen in species essent: alter oppositas. Sed una species non ordinatur ad aliam: ergo syllogismus probabilis non ordinatur ad demonstrationem. Dices syllogismum probabilem non ordinari ad demonstrationem, cognitionem tamen syllogismi probabilis ordinari ad demonstrationem, cognitionem enim vniuersi contrarij conductus ad cognitionem alterius, & ob hanc rationem dicitur contrariorum eandem esse disciplinam, seu contraria ad eandem scientiam spectare. Contra: ob eandem rationem posset dici cognitionem demonstrationis ordinari ad syllogismum probabilem, quia sicuti opponitur contrarie syllogismus probabilis cum demonstratione, ita demonstratio opponitur cum syllogismo probabilitergo ex hoc capite non potior iure dicetur demonstratio, quam syllogismus attributionis obiectum. Dices demonstrationem esse principalem speciem, & ideo cognitionem syllogismi ordinari ad demonstrationem, & cognitionem demonstrationis non ordinari ad cognitionem syllogismi. Contra: etiamsi demonstratio sit perfectior syllogismo, quemadmodum conductus cognitio syllogismi ad demonstrationem facienda, & cognitionis demonstrationis ad elicendum syllogismum: ergo non magis ordinatur cognitione syllogismi probabilis ad demonstrationem, quam cognitione demonstrationis ad syllogismum. Deinde in speciebus quae vniuersaliter participant rationem generis, cognitione speciei imperfectioris non ordinatur: specialiter ad speciem perfectiorum cognoscendam, nullus enim dicit cognitionem equi specialiter ordinari ad cognoscendum hominem, neque cognitionem canis ordinari ad cognoscendum leonem: ergo ex eo quod demonstratio sit perfectior syllogismo probabilis, non infertur cognitionem syllogismi probabilis ordinari ad demonstrationem.

**71 Aliter** probo cognitionem syllogismi probabilis non conducere ad demonstrationem. Cognitione syllogismi probabilis non potest conducere ad dilpositionem terminorum demonstrationis, neque ad modum inferendi, & illa terminorum dispositio eadem est in syllogismo probabilis & in demonstratio, & præmissis suppositis eadem necessitate infertur consequens in syllogismo probabilis, & in demonstratio, qui tantum materialiter differunt ex eo quod syllogismus probabilis componitur ex præmissis tantum probabilibus, & syllogismus demonstratiui, ex præmissis evidenter eadem ratione dispositis: ergo cognitione formae syllogismi probabilis non deseruit ad co-

gnitionem formae syllogismi demonstratiui, cum profluit eadem omnino. Sed cognitio materie neutiquam potest deserire, & etiamsi deferueret, non diceretur deserire cognitio syllogismi, quia materia syllogismi syllogismus non est: ergo cognitio syllogismi probabilis non ordinatur ad cognitionem demonstrationis.

Quod si demonstratio, & syllogismus probabilis contrarie opponantur & ad eandem scientiam pertineant, non ideo infertur syllogismum probabilem, neque illius notitiam ordinari ad demonstrationem: ex hoc enim capite non est maior ratio ut ordinetur syllogismus, probabilis, aut illius notitia ad demonstrationem, quam ut ordinetur demonstratio, aut illius notitia ad syllogismum probabilem, sive enim de utroque contrario quemadmodum agit scientia, et patet in qualitate respectu primarum qualitatum. Tunc autem dici solet scientia secundarii agere de aliquo contrario, quando hoc non est simpliciter tale, neque illius notitia per se est utilis, nisi quantum conductus ad aliud cognoscendum, sicuti Metaphysica, quia agit de omni ente agit de ente rationis, quia opponitur cum ente reali, & primarii, quia non est simpliciter ens; & quia illius notitia tantum est utilis, quantum conductus ad ens reale cognoscendum, & ita nulla scientia per se primarii agit de ente rationis.

**72 TERTIA CONCLUSIO.** Obiectum attributionis Logicae est syllogismus perfectus complectens probabilem, & demonstrationem, abstractus tantum ex parte modi, & ex parte obiecti includens syllogismos omnes peculiares demonstratiui & probabiles, quos decet Logica facere, & non rationem aliquam illis communem. Conclusio haec ex precedenti faciliter deducitur, illius rationem breuiter attingo, cuius doctrinam suius tradidi. Omnia que tractantur in Logica ordinantur ad syllogismum perfectum, termini enim, definitio, & diuisio propositionem componunt, & haec syllogismum: ergo omnia distincta a syllogismo, de quibus agit Logica, ordinantur ad syllogismum. Insuper syllogismus perfectus, qui complectitur demonstrationem, & probabilem non ordinatur ad aliud de quo agit Logica, neque vnuus syllogismus perfectus ordinatur ad alium, ut probauit conclusione precedentis ergo syllogismus perfectus complectens demonstrationem, & syllogismum probabilem est obiectum attributionis Logicae.

Arguit Hurtadus: Sola demonstratio est ultimus finis Logicae: ergo haec solum est obiectum attributionis. Probat antecedens ex parte intellectus, quia una demonstratio, qui triplicem operationem includit, adquaret & simpliciter perficitur, illud enim est finis ultimus alius, in quo adiquata illius perfectio continetur. Probat secundum ex parte obiecti: finis ultimus aliquius potentiae est ille, per quem exhaustur, & percipitur totum obiectum: sed intellectus per demonstrationem tantum exhaustus, & percipit totum obiectum: ergo demonstratio tantum est ultimus finis Logicae. Vrgit: potentia cognoscitiva naturaliter appetit suam operationem, & quod perfectior est operatio, eo vehementius illam appetit, ergo cum adipiscitur totam suam perfectionem in demonstratione contentam, in illa tantum in ultimo fine requiescat, & nihil amplius appetet. Totam perfectionem intellectus in demonstratione contineri sic probat: per demonstrationem cognoscuntur effectus obiecti, illius principia, proprietates, atque palaciones perfectissimo modo, quo possunt cognosci: ergo nihil superest cognoscendum: ergo in demonstratione inuenit intellectus totam suam perfectionem. Respondet demonstrationem non esse ultimum finem intellectus, neque in illa contineri omnem perfectionem intellectus, sed hunc referri tantum in ultimum in demonstrationem, & syllogismum probabilem, quia per utrumque ultimum perficitur, uterque enim syllogismus est perfectio intellectus, & neuter ordinatur ad aliam operationem perfectiorem ipso. Deinde afferat habita demonstratione intellectum quiescere, hoc est, non procedere ex demonstratione ad aliam perfectiore operationem, quia ratione etiam quiescit habitu syllogismo probabili, ex quo infero ego utrumque syllogismum esse finem ultimum Logicae, non tam ita quiescere ut demonstratione habita intellectus non tantum appetit cognoscere omnia obiecta perfectissimo modo, quo potest illa cognoscere, sed cognoscere omnia obiecta

Franc. de Oviedo, Philosoph. Tom. I.

F. 2. omibus

## 64 LOGICA. Controu. II. De Proemialibus Logica.

omnibus modis quibus perfecte cognosci possunt, & cum obiecta sine cognoscibilia per syllogismum probabilem, & per demonstrationem, sit appetere illa utroque modo cognoscere, et si vehementius appetat modum perfectiore cognoscendi, videlicet demonstrationem, quod non impedit ipsum appetere minus vehementer syllogismum probabilem propter se ipsum tanquam finem vitium inadäquatum.

75 Instat Hurtadus: quidditatua, & propria hominis perfecio est esse cognoscituum, per discursum, quod sonat rationalitas; sed haec virtutem discurrendi reducit ad actum per demonstrationem: ergo demonstratio est propria hominis cognitionis, & exercitium illius differentiae essentia per ordinem ad quod haec differentia defumitur. Sed qualibet potentia amat tanquam perfectionem sibi ultimum experibilem illam operationem, per ordinem ad quam constituitur essentia: ergo demonstratio est quod ultimum appetit humanus intellectus. Eadem maiori hanc ego minorem subiectem: sed intellectus eam virtutem discurrendi reducit ad actum per demonstrationem & per syllogismum probabilem; & deinde inferre: ergo demonstratio, & probabilis syllogismus, seu omnis perfectus syllogismus est propria hominis cognitionis, & exercitii differentiae, per quam constituitur, & ultimus finis potentiae intellectus. Respondeo omnem syllogismum perfectum pertinere ad ultimum finem intellectus, & est exercitium proprii differentiae, & propriissimam ratiocinationem, non enim minus ratiocinatur in syllogismo probabili, quam in demonstratio, in utroque enim eodem modo procedit, & seruat eandem formam inferendivnum ex alio, tantum enim differunt ratione materie.

Obiectio: Definitio ex se non ordinatur ad propositionem, neque propositio ordinatur ad syllogismum perfectum: ergo syllogismus perfectus non est obiectum attributionis. Respondeo definitionem ex se habere virtutem componendi propositionem, & propositionem ex se illatiuum conclusionis, quod sufficit, ut definitio ad propositionem, & propositio ad syllogismum ordinari dicantur. Instabis, eodem modo posse dici ordinari ad syllogismum fallacem. Respondeo syllogismum fallacem propriè non esse syllogismum, quia de ratione syllogismi est, ut consequens ex premisis inferatur; nihil autem infertur in syllogismo fallaci, & ita syllogismus non est, sed tantum haber apparentiam quandam terminorum, quia fallitur existimantes esse verum syllogismum, & ita cum Logica agit de syllogismo, tantum secundario agit de syllogismo fallaci, qui simpliciter non est syllogismus; sicuti Metaphysica disputat de ente rationis quod simpliciter non est ens.

### P V N C T V M II.

#### De divisione Logica docentis & videntis.

**M**ulta nonnulli scribunt de distinctione Logica docentis, & videntis, in qua questione nihil inuenio, quod de nomine non sit, in re enim apud omnes una omnia mens, quod paucis recte ostendit Arriaga disp. 3. sect. 1. Certum est Logicum tradere precepta recte definiendi, diuidendi, & argumentandi, insuper est certum ipsam Logicam, & reliquias scientias vti his preceptis. Insuper est certum Logicam tradere haec precepta, & ipsam Logicam reliquaque scientias illis vti non solum in una vel in altera materia, sed etiam in quacunque materia siue evidenti, siue probabili. En doctrinam Logice, quam ipsa tradit, & vnam eiusdem Logica tum in se ipsa, tum in aliis materiis; nunc ex hac doctrina & hoc viu Logica docens, & Logica videntis defumenda est, quibus autem actibus haec aut illa denominatio sit largienda, quaffio est purè de nomine, siue enim dicas Logicam videntem esse tantum ipsam Logicam, quatenus suis preceptis vident, siue dicas esse actus omnium scientiarum, quatenus preceptis Logice diriguntur, nihil reale apponis distinctum in his actibus, neque secundum hos distinctos dicendi modos, distinctas actibus formalitates tribuis, sed tantum secundum hunc dicendi modum his actibus tribuis videntis Logice nomen quod negas illis, & secundum illum aliis actibus idem nomen accommodas, quod his negas nullā nouā formalitate actibus concessā, aut ab illis ablata. In questione purè de nomine conuenient omnes Logicam docentem dici ipsam

Logicam quatenus precepta tradit, quibus tum ipsa Logica, tum aliae scientiae videntur, dissenso est quid intelligatur nomine Logica videntis.

Prima sententia assert Logicam videntem esse habitum quedam, qui in quaque materia probabiliter disputat. Sententia haec non apparenti fundamento inititur, & facilis negotio reicitur. Non datur habitus, qui in qualibet materia probabiliter concludat: ergo non datur habitus, qui in quacunque materia probabiliter disputat. Conscientia est certa, antecedens per se notum; quilibet enim scientia pro distinctione materia seu obiecti habet distinctos habitus, quibus quilibet de suo obiecto evidenter disputat. Secundò habitus quibus probabiliter disputat Logica, distinguuntur ab actibus, quibus probabiliter disputat Philosophia; ergo non datur vniuersalis quidam habitus ad disputandum probabiliter in quacunque materia.

Secunda sententia est aliorum, qui assertur Logicam videntem esse, quam nos Topicam vocamus quae non probabiliter disputat in quacunque materia, sed precepta tradit in quacunque materia probabiliter disputandi, que loci communes vocantur, & frequenter apud Rhetores vnum habent. Non nego dari talem habitum, verumamen me persitus latet, propter quam rationem habitus iste pra alius Logica videntis sit dicendus, & quae enim ad alias scientias conducit pars Topica, & pars demonstrativa Logica, & aquae utraque parte reliqua scientiae videntur: quare ergo specialis haec pars pra alius Logica videntis dicenda est: ex hoc ergo capite sententiam hanc reicio, quae enim sine fundamento dicuntur, in auctor operâ impugnanda non sunt.

Pater Vasq. i. pat. disp. 8. c. 5. n. 19. assert Logicam videntem esse proximam seu operationem ipsius Logica docentis, ipsam videlicet constructionem propositionis, & syllogismi, que in quacunque scientia reperitur. Itaque secundum hanc sententiam Logica videntis erit instrumentum sciendi elicitorum directione Logice, quod quidem sciendi instrumentum non semper est actus pertinens ad eandem scientiam. Philosophi enim, Metaphysica, & Theologia habent proprios syllogismos, & proprias definitiones, que dicuntur sciendi instrumenta, immo ipsa Logica, cuius manus est tradere precepta ad instrumenta sciendi facienda, propria habet instrumenta, & proprias definitions, & demonstrationes, quibus tradit precepta ad alia sciendi instrumenta facienda, quia media definitione docet demonstrationem conficeri, & per demonstrationem ostendit, & docet quomodo facienda sit definitio. Dicuntur ergo secundum hanc acceptiōē Logica videntis omnia sciendi instrumenta, quatenus preceptis Logica diriguntur. Quod si aliquod sciendi instrumentum casu fiat, vel luminis natura ductu absque directione preceptorum Logica, tale sciendi instrumentum non dicetur Logica videntis, quia syllogismus secundum se & quilibet sciendi instrumentum tantum denominatur Logica quatenus procedit ab actu Logica, & est illius externa consummatio, & effectus; quod si à Logica non procedat, ex nullo capite Logica dici poterit. Placuit hic dicendi modus Hurtado disp. 2. sect. 1. concluditque iuxta illum non esse tantum vnam Logicam videntem sed plures; omnes enim scientie Logica videntes dicuntur, assertaque esse conformem D. Augusti, qui Paulum, & reliquos Doctores vocat Dialecticos, quia Logica videntur. Eudem sententia suffragari assertur Hurtadus divisionem illam à Dialecticis traditam, quā partuntur Logicam, in Logicam rebus animalium, quae est Logica docens, scientia specialis, & Logicam rebus concretam, quae est Logica videntis comprehendens omnes scientias. Eadem sententiam tradunt Nostris Conimbr. quest. 4. Proem. art. 2. P. Smigletius disp. 2. sect. 4. & Merinero disp. vna proem. quest. 2. sect. 1.

Arriaga supra citatus docet tantum dici Logicam videntem ipsam Logicam, quatenus videntur suis preceptis, quod ex eo probat, quia reliqua scientiae Logica non sunt: ergo non poterunt dici Logica videntis; quod enim non est Logica, non poterit dici Logica videntis; quod vero Logica videntur, fundamentum non est ut dicantur Logica videntis sed videntes Logica. Neque ex eo quod actus reliquarum scientiarum diriguntur actibus seu preceptis Logica, poterunt dici Logica, quia effectus non habet rationem causae, neque recte dividetur virtus productiva caloris in ignem, qui est virtus productiva, & ipsum calorem, qui est effectus productus. Non cogent hec à communī sententia discedere,

discedere, quia eti effectus non denominetur virtus produciva, ex eo quod ab illa dependeat, tamen denominationem desumit virtutis seu habitus, à quo procedit; sic actionem externam imperat ab actu interno prudentia actu prudenter; & actionem externam imperat ab actu interno humilitatis, actu humilitatis vocamus, & illi honestatem humiliatem tribuimus, quia huiusmodi externae actiones consummationes sunt internarum virtutum, & ita ad eandem virtutem pertinere dicuntur, & eadem virtutis nomine gaudeat, quo gaudent interni actus, & habitus à quibus procedunt. Sic in Logica contingere potest, actus enim internus Logice consummatur per effectum, videlicet per syllogisticum procedentem ab illo actu, sive syllogisticum pertinet ad Logicam, sive ad Metaphysicam, vel Theologiam, & ita poterit dici quasi actus exterius Logicae, & Logica denominari, sicut dicitur actus externus prudentia, & prudentia denominatur actio exterius directa actu interno prudentia.

Sto ergo sententia Patris Vaso, quæ in questione purè de nomine congruè fatis rem dirigit. Iliud quod addit Hurtadus, videlicet non solum dandum esse vnam Logicam vntem, sed plures quinque libet scientia est Logica vntem, & ita cum plures sint scientia, plures Logicae vntem, danda sunt, in loquendi modo non probo, quia etiam omnes scientiae sint obiecta praceptis Logicae directa, nihilominus non dicuntur dari plura obiecta adaequata Logice praceptis directa, sed vnum adaequatum inuolens plura inadæquata: sic etiam quilibet scientia sit Logica vntem, & scientiae sint plures, non sunt dicenda plures Logicae vntem adæquatae, sed vna comprehendens plures scientias, quarum quilibet scitu est obiectum inadæquatum Logicae, sic est Logica vntem inadæquata, quia non distinguitur in quacumque speciali scientia esse obiectum directum praceptis Logicae & esse Logicam vntem.

Quæstio est, an sicut Logica secundum omnem partem dicunt docens, ita secundum omnem partem dicatur vntem? P. Fonteca 2. Metaphysic. cap. 3. quæst. i. Patres Combricens. quæst. 4. proem. art. 2. docent Logicam tantum habere vnum respectu partis Topicæ, & Sophisticæ, non vero respectu partis Demonstratiæ. Communis tamen sententia docet Logicam vnum habere secundum omnem sui partem, quia sicut Logica docet syllogismos fallaces, topicos, & demonstratiui sunt conformes praceptis Logicae, & directi Logicae praceptis: ergo hi omnes syllogismi praceptis Logicae diriguntur: ergo huius vnius Logicae, & actus Logicae vntem illorum quilibet dici poterit.

Fundamentum Combricensium ad oppositam sententiam defendendam est, syllogismos in materia necessaria aliarum scientiarum effici ab ipsi scientiis peculiaribus, & non à Logica, & ita non posse dici Logica effectus, neque actus Logicae vntem, & syllogismi in materia necessaria ipsius Logicae sunt ipsa Logica, & ita non possunt esse vnius Logicae, quia vnu distinguunt realiter à doctrina, cuius est vnu. In materia probabili & fallaci alter rem se habere putant, quia existimant nullam scientiam elicere syllogismos probabiles in propria materia, quia scientia tantum elicere actus scientificos, sed omnes syllogismos probabiles & fallaces in quacumque materia hant, elicere putant ab habitu Logicae, cuius est ministrare reliqui scientiis in huiusmodi syllogismis elaborandis. Neque ideo, inquit Combricensis, timendum est ne reliqua scientie inopes maneant, si omni doctrinae probabili denudentur, quia Dialectica omnium famula administrativa cum sit, non confutare alienas efficeret ab aliis scientiis eas opiniones, quas ut proprias colit; quemadmodum nec opes famularum operi comparate à dominorum facultatibus aliena consententur.

Hæc Combricensium doctrina multis laborat difficultibus, multa supponit à veritate aliena, breuiter nonnulla in illam adducam. In primis supponit demonstrationes in materia necessaria fieri à Metaphysica, Philosophia, & Theologia in propriis materiis, & circa propria obiecta sine Logica industria, quod omnino falsum est, quia quacumque demonstratio Metaphysica evidens sit, dum à Metaphysico conficitur, Metaphysicus regulis Logicae dirigitur, quæ praescribunt modum, quo in quacumque materia facienda est demonstratio, quod sufficit ut demonstratio Metaphysica vnu Logicae dicatur, & ad Lo-

gicam pertineat, tanquam effectus, & consummatio praceptorum, qua tradit Logica. Secundò supponit Logicam in propria materia non posse confidere demonstrationem, quæ doceat, quomodo facienda sit definitio, directam praceptis, quibus ipsa Logica praescribit modum, quo facienda est demonstratio, quod à veritate alienum est, quia hec demonstratio: *Explicatio debet esse clarior re explicata: definitio est explicatio definiti: ergo debet esse clarior: Definitio est actus, quo prescribitur modus, quo facienda est definitio, & est Logica docens definitionem, & vnu praceptorum, quibus Logica tradit modum, quo facienda est demonstratio, quia fit iuxta pracepta, quibus dicit Logica, demonstratio debet consistere tribus terminis, hoc ratione dispositis in propositionibus per se notis, & ita falsum est non posse eundem actum esse Logican, & vnum Logicæ, hoc est esse praeciprum circa aliquod sciendi instrumentum, & vnum praceptorum circa illum. Tertiò docent Combricenses, omnem syllogisticum probabilem circa obiectum cuiuscumque scientie non dependere ab habitu speciali illius scientie, sed tantum ab habitu Logica, quæ administra est reliquarum scientiarum, quod à veritate longe abest, quia id, quod vocamus vnam scientiam totalem, includit plures habitus & plures actus quodam probabiles, & alios scientificos, licet aggregatum illud scientiam vocemus sumptuaria denominatione à praecipiis illius actibus. Ratio est, quia Logica tantum docet artificium syllogisticum tam in materia probabili, in qua probabilem syllogisticum constituit, quam in materia euidenti, in qua demonstrationem conficit, & ex vi habitus Logicae tantum potest intellectus vincere difficultatem quæ est in opere resultans ex artificio Logico, illa verò, quæ ex materia resultat sive in materia probabili, sive euidenti vincenda est à peculiari habitu illius scientie, ad quem materia syllogismi spectat. Secundò si ab habitu Logicae procederent omnes syllogismi probabiles cuiuscumque materia, Logicus præcisè quatenus Logicus, haberet habitus ad disputandum de omnibus, quæ Philosophia, Metaphysica, & Theologia probabilitus disputant, & consequenter ad ferre omnia de quibus ha scientia agunt, in quibus si res exacte examinentur, vix vnam demonstrationem per centum syllogismis probabilibus repudiemus. Ex quo infero vix vnum vel alterum syllogisticum demonstratum scientia superesse. Quod enim Combricenses afferunt, videlicet id timendum non esse, quia omnia, quæ Logica scientiarum famula acquirit, supradicti acrētis reliquarum scientiarum, quibus acquiruntur, eleganter, & rhetorice dictum est.*

Sit ergo firmum, vnu Logicae extendi ad syllogismos probabiles, & ad demonstrationes ad quacumque materiam pertinentes, etiam in materia ipsius Logicae, quia licet hæ demonstrationes sint actus Logicae, & habeant pro obiecto sciendi instrumentum; v.g. definitionem, cuius directionem praescribunt, possunt esse obiectum aliorum praceptorum, quæ ad ipsam demonstrationem dirigantur, & ita praecipuum circa definitionem, potest esse vnu praceptorum circa demonstrationem, sicuti de cognitione dicebam, quæ potest esse speculatio vnius obiecti, & praxis respectu aliis cognitionis reflexæ.

Ex his infero rationem docentis, & vntem non esse differentias speciales Logicae, quilibet enim scientia practica; & qualibet ass potest dividiri in docentem, & vntem: docens dicetur actus artis vel scientia praescribens modum praxis efficienda, & praxis ipsa vntem appellabitur.

Circa distinctionem actuum, & habituum nonnulli afferunt actum, & habitum Logicae docentis esse eundem: alij actus distinguunt, & non habitus: quod autem iuxta nostram principia dicendum sit facile explicabo. Actus Logicae vntem diximus esse omnes actus ad quacumque scientiam spectantes, directos etiam ad ipsam Logicam Logicae praceptis. Ex quibus inferitur actus Logicae vntem pertinentes ad omnes scientias distinctas à Logica diffire ab actibus Logicae, quia nullus actus alias scientias distinctas à Logica est actus Logicae docentis, demonstratio enim Metaphysica, & Theologia quantumvis dirigantur praceptis Logicae docentis, non sunt Logica docens ut per se notum est. Actus vero Logicae vntem pertinentes ad ipsam Logicam, necessariò erunt actus Logicae docentis, & vntem; vntem quia tales esse supponimus, ex eo quod dirigantur aliis praceptis Logicae;

F 3 docentis

docentis quia sunt actus proprii Logicae cuius munus est docere, & cuius omnes actus sunt præcepta, quibus doce-  
mur sciendi instrumenta. Verumtamen talis  
actus, qui simul sit actus Logicae docentis, quia prescri-  
bit modum, quo facienda est definitio, & Logicae videntis,  
qui dirigitur præceptis demonstrationis, dicitur Logica  
docens, quatenus Logica docens veratur circa definitio-  
nem per ipsum actum, & Logica videntis quatenus Logica  
veratur circa demonstrationem per alios actus, quibus  
Logica tradit modum quo facienda est demonstratio, quo-  
rum directione fit hoc demonstratio, quia docemur definitio-  
nem confidere, & ita numquam respectu eiusdem parti-  
onis Logicae, neque respectu eorumdem præceptorum pote-  
rit esse idemnam actus Logicae docentis, & videntis.

13 Ex his infero omnem actum Logicae esse actum Logicae  
docentis, quia per hoc quod est docere constituitur actus  
in ratione actus Logicae, non vero omnem actum Logicae  
esse actum Logicae videntis, quia non omnes actus Logicae  
diriguntur alii actibus, in modo ne in infinitum procedamus,  
dandus est aliquis actus Logicae docentis, qui nullo alio  
dirigatur, qui non erit actus Logicae videntis, quia cum  
actus non possint se ipsum mutuò dirigere, necesse est  
peruenire ad aliquem, qui a nullo alio dirigatur, vel in  
infinitum procedere. Hac exposito à nullo posse negari, nisi  
tantum contendendi animo, sunt enim iuxta principia  
tradita omnino certa.

14 De distinctione habituum rem ita compono. In actu  
Logicae videntis duplex potest excoigitari difficultas, que-  
dam procedens ex materia, in qua fit sciendi instrumen-  
tum; alia ex artificio Logico, quo debet constare sciendi  
instrumentum, definitio videlicet, vel demonstratio.  
Difficultas orta ex materia, in qua fit sciendi instrumen-  
tum, debet superari habitu scientie, ad quam pertinet  
materia, & obiectum formale instrumentum sciendi, quia  
Logica non potest vincere difficultatem, quam habet  
Philosophus in demonstrando dari unum primum motorum,  
vel dari materiam primam, ex qua omnia naturalia  
composita componantur, si enim hanc difficultatem vin-  
ceret Logica habitus, superflueret habitus omnium scien-  
tiarum, vna enim Logica sufficeret ad vincendas difficulta-  
tes omnium scientiarum. Vincenda ergo est in actu Logicae  
videntis difficultas orta ex materia demonstrationis,  
& syllogismi, & ex obiecto formaliter, circa quod versatur  
talis demonstratio, quod materiam voco respectu artificij  
logicalis, & directionis formalis syllogisticæ. Difficultas  
alias potest excoigitari orta ex artificio logicali, quod est  
eiusdem rationis in omnibus demonstrationibus, in qua-  
cumque materia sicut, & ad quamcumque materiam spe-  
cient. Ad hanc difficultatem vincendam plurimum con-  
ducere actus Logicae docentis mihi est omnino certum,  
nemo enim iniicias ibit faciliter confidendum esse syllo-  
gismum in quamcumque materia ceteris paribus ab homi-  
ne apprimè cognoscere modum, quo faciendum est, quam  
ab alio qui penitus ignorat præcepta Dialecticae circa syl-  
logismum efficiendum, norit enim præceptorum circa  
demonstrationem, quæ est actus Logicae docentis, dirigetur  
quisque ad demonstrationem faciendum in quam-  
cumque alia materia. Ex hoc infero actus Logicae videntis  
directiuè procedere ab actibus Logicae docentis, & mediis  
his actibus ab habitu Logicae docentis, à quibus elicitiuè  
procedunt actus Logicae docentis, eo modo, quo actus  
procedunt à propriis habitibus sive per concursum acti-  
uum, ut alij volunt, sive mediatæ informatione habitus, me-  
diæ, quæ tanquam conditione potentia faciliter produci-  
tur actus, ut alij opinantur, de quo dicam Controu. 12. de  
anima, Punct. 4.

15 Superest difficultas an intellectus optimè directus per  
præcepta Logicae docentis ad demonstrationes confiden-  
das, iam promptior, & facilitior ad illas, quam esset, si hanc  
demonstratio actionem non haberet, que consistit in acti-  
bus Logicae docentis, adhuc habeat aliquam difficultatem  
ortam ex artificio logicali distinctam ab illa, quæ oritur ex  
hac materia, & ex hoc formaliter obiecto, circa quod versa-  
tur demonstratio, quæ vincenda est ab habitu scientie, ad  
quam vincendam requiratur specialis habitus Logicae  
videntis? Nonnulli affirmantiam partem tenuerunt, ex eo  
quod artifex, v. g. pector postquam apprimè didicit pingendi artem, supposita directionis arte difficultatem ha-  
bet in ipsa pingenda confidenda. Negavitam partem verio-  
rem esse affirmo, nullum enim inuenio caput, ex quo pos-

fit esse intellectus difficilis ad demonstrationem confi-  
ciendam, postquam apprimè nouit modum, quo facienda  
est distinctum à materiali, & formaliter obiecto, circa quod  
demonstratio debet versari; cum vero difficultas ex hoc  
capite orta vinecenda sit ab habitu scientie ad quam per-  
nit demonstratio illa ratione materia, & obiecti forma-  
lis circa quod versatur, superfluit alijs specialis habitus  
Logicae videntis, cum nulla specialis difficultas vincenda  
superest.

16 Ratio adducta pro opposita sententia nihil probat, quia  
potior difficultatem habet in ipsa exequitione pictura,  
postquam est instructus arte pingendi, quia non est eadem  
potentia, quæ prescribit modum pingendi, & quæ pingit;  
& ita postquam intellectus est optimè instructus arte  
pingendi, potest esse manus difficilis ad exequendum id  
quod intellectus prescribit. In intellectu autem eadem  
est potentia prescribens demonstrationem faciendam, &  
exequens ipsam demonstrationem, cui si ex materia dif-  
ficultas non accretas in exequitione, nulla illi potest  
ineesse supposita directione, quam habet circa opus ex-  
equendum. Quod si postquam intellectus actu prudentie  
hic & nunc est optimè instructus circa actum fidei elici-  
endum, difficultatem habeat in actu fidei ab ipso elicendo,  
tota hæc difficultas oritur ex ipsa materia, seu ex mo-  
tivo actus fidei, quod obscurè mouet, quæ sub habitu fidei  
vincenda est; sicuti difficultas orta in actu Logicae viden-  
tis ex materia & motivo, vincenda est ab habitu scientie  
ad quam pertinet talis actu ratione materia, & obiecti  
formalis, seu motu.

17 Ex hoc infero omnes actus Logicae videntis procedere  
elicituè ab habitu, ad quem pertinet actus talis scientie,  
& directiuè ab habitu Logicae docentis, non immediatè  
& formaliter, quia habitus non immediatè neque forma-  
liter dirigit potentiam, sed mediis actibus Logicae docen-  
tis, qui immediatè & formaliter dirigunt potentiam ad  
conficiendam demonstrationem (idem intellige de quo-  
cumque alio sciendi instrumento) in quaunque materia,  
& ad quamcumque scientiam spectantem. Infero simili-  
ter actu Logicae docentis directum aliis præceptis eius-  
dem Logicae, qui simul est actus Logicae docentis, v. g. de-  
monstratio prescribens modum, quo facienda est definitio,  
directa præceptis definitionis, procedere elicituè ab habi-  
tatu parti Logicae prescribens modum definitionis con-  
ficiendæ, & directiuè ab habitu parti Logicae prescribi-  
entis modum quo facienda est demonstratio, non immediatè  
sed medio actu procedente ab habitu, qui actus immediatè  
dirigit demonstrationem, qui est actus Logicae  
docentis circa definitionem, & videntis respectu præcepto-  
rum que tradit Logica circa demonstrationem.

18 Obicies: Ad habitum Logicae docentis non pertinet  
confidere instrumenta sciendi, sed prescribere modum  
quo sciendi instrumenta facienda sunt: ergo nullus actus  
Logicae videntis elicituè procedit ab aliquo habitu Logicae  
docentis. Respondeo, ad Logicam docutem spectare  
trahere præcepta circa instrumenta, per demonstrationem  
enim ostendit Logica, quomodo facienda sit definitio, &  
per definitionem circa ipsum demonstrationem docet,  
quomodo facienda sit demonstratio; & ita ad Logicam  
docutem pertinere confidere in propria materia sciendi  
instrumenta, quæ formaliter sunt præcepta, seu directio-  
nes circa alia instrumenta, quæ tanquam obiecta respi-  
ciantur. Habitum tamen Logicae docentis à quo immediatè  
elicitur tale instrumentum, demonstratio videlicet, quæ  
est doctrina circa definitionem, deseruit ad vincendam  
difficultatem, quæ oritur in hac demonstratione ex mate-  
ria, & obiecto formaliter illius; illa vero quæ oritur ex ipso  
artificio Logicali communis omnibus demonstrationibus,  
non vincitur ab hoc habitu, sed immediatè ab actu præ-  
scribente modum, quo facienda est demonstratio, & me-  
diatè ab habitu Logicae docentis à quo elicituè procedit  
talis actus.

19 Obicies: Actus Logicae docentis, & videntis distinguun-  
tur in specie: ergo non possunt procedere ab eodem habi-  
tu. Dixi eundem actum Logicae docentis posse esse  
actum Logicae videntis, licet in ordine ad diversa extrema,  
quia actus dicitur docens respectu praxis, quam prescribit  
& respicit tanquam obiectum; & dicitur videntis respectu  
alii actus, à quo tanquam obiectum reflexè respicitur, &  
cuius est praxis, quapropter omisso antecedenti, distinguo  
consequens. Ergo non possunt procedere ab eodem habitu  
vterque

vterque directiuē, vel vterque elicitiū, concedo consequentiā; in eodem enim actū, qui simul est actus Logicae docentis assigno respectum ad vnum habitum, à quo quatenus est docens procedat, & ab alio à quo procedat quatenus videntes ergon possum procedere ab eodem habitu vnuſ elicitiā, & alter directiuē, nego consequentiā, vltio enim cuiuscumque obiecti directiuē procedat à cognitione, & media hac ab habitu, & principio à quo procedit elicitiū cognitione, & nihilominus cognitione, & vltio species differunt.

**20** Obiectio: sequi ex nostra doctrina habitum Logicae videntis adhuc respectu huius actus non esse vnum simplicem sed duplīcē, vnum directiuē, & aliū elicitiū. Respondeo: respectu eiusdem actus tantum dari vnum habitum Logicae videntis, qui directiuē concurrit ad actum, hunc verò connotare aliū habitum à quo elicitiū procedat talis actus, qui non dicitur habitus Logicae videntis, sed habitus illius scientiæ ad quem secundum se pertinet actus ille, qui dicitur Logica videntis, sicuti potentia intellectuā, qua est directiuē actuum voluntatis connotat potentiam volitivam, à qua actus voluntatis elicitiū procedant, quia illius munus est dirigere mediis propriis actibus actus elicendos ab aliis potentissimis, & ita elicitiū dicitur respectu propriorum actuum, & directiuē respectu actuum potentiae volitivae, non tamen dicitur dari duplīcē potentiam directiuē respectu eiusdem actus volitivae potentiae. Sic contingit in habitu Logicae videntis, cuius est mediis propriis actibus dirigere actus elicendos ab alio habitu, & respectu illorum propriorum actuum, quos immedietè elicit, dicitur Logica docens, seu habitus Logicae docentis, & respectu aliorum, quos ab alio habitu elicendos dirigit, dicitur habitus Logicae videntis. Et sicut actus voluntatis, quia dirigitur ab actis intellectus, supponit potentiam volitivam tanquam principium elicitiū, & potentiam intellectuā, qua est principium elicitiū intellectus, quia dirigitur, tanquam principium directiuē remotum; sic actus Logicae videntis, quia est actus peculiaris scientiæ directiuē actu Logicae docentis supponit tanquam principium elicitiū proximum habitum talis scientiæ, cuius est proprius, & habitus Logicae docentis, qui est principium elicitiū proximum actus, quo dirigitur, tanquam principium directiuē remotum, qui quatenus directiuē est dicitur habitus Logicae videntis.

**21** Obiectio vltimò: Is qui conficit plures demonstrationes Philosophicas in Dari absque vllis praceptis Logicae, facilis est ad faciendas alias demonstrationes in Dari; ergo per actus aliarum scientiarum constituitur quis facilis ad faciendos syllogismos, & sic ad alia sciendi instrumenta conficienda: ergo actibus aliarum scientiarum acquiritur habitus Logicae videntis: ergo habitus Logicae videntis non distinguitur ab aliarum scientiarum habitibus. Respondeo hominem ablique arte conscientie syllogismos, aut alia sciendi instrumenta, constitui facile ad syllogismos, seu alia sciendi instrumenta facienda; hinc tamen neque habere actum, aut habitum Logicae videntis, quia actus Logicae videntis est syllogismus factus cum directione artis Logicae, & habitus huius actus est facilitas ad faciendos syllogismos praecipiti Logicae directos, ille verò qui syllogismos sine praecipi Logicae efficeret, quātūmvis facilis esset ad illos, neque syllogismos ex arte faceret, quod est habere actum Logicae videntis, neque facilis esset ad faciendos syllogismos arte directos, quod est habere habitum videntis Logicae: Sicut qui ex experientia, & nullā Medicina regulā duabus medendi facilitatem habet, nullo Medicina docentis, aut videntis habitu gaudet, quia habitus Medicina non est facilis ad medendum, sed facilis ad medendum actibus directis Medicinae praecipiti.

## P V N C T V M III.

*An Logica sit scientia.*

**P**lures inuenio circa eisdem questiones oppositas sententias, quarum rationem disconvenientia si illius expendiuntur authores, facile inter se conuenient, & per longis, & valde prolixis disputationibus parcerent, agnoscentes tantò operę questionis materiam dignam non

esse, totamque resoluti in puram de nomine questionem. In his est, quam præfixus titulus proponit, in qua multum de nomine disseratur, ut ex dicendis confitabit, in quibus accuratè discernam illa, in quibus tantum de nomine dissenso ab his, in quibus de re ipsa potest esse contentio.

Logicam non esse scientiam defendunt nonnulli ex antiquis, quos referunt Noſtri Conimbricenses, q̄st. 4. Proem. art. 3. Hos sequuntur Pereira lib. Philosophie cap. 1. P. Vallius part. 1. Prolegomenorum q̄st. 4. c. 10. P. Smigleſtiſ disp. 2. q̄st. 5.

Logicam propriissimè esse scientiam defendunt D. Th. 4. Metaphys. cap. 4. sc̄t. 4. Scot. q̄st. 1. vniuersalium, Conimbr. suprà. Toletus q̄st. 2. Proemij, Hurt. disp. 2. sc̄t. 1. 5. 2. Arriag. disp. 3. sc̄t. 3. Merinero disp. vnic. proem. q. 3. qui omnes assertur Logicam docentem esse scientiam, licet de Logica vidente diuersimodè loquantur. Patrocinantur eidem sententia quā plures antiqui Philosophi apud Conimbr. suprà.

Ex his, qui assertur Logicam non esse scientiam nullus est, qui neget Logicam habere plures demonstratio-nes, & ex principiis per se notis per legitimas illationes plures conclusiones deducere, hoc tamen non obstante assertur Logicam non esse scientiam, quia plures haberet conclusiones non scientificas, sed tantum ex principiis probabilibus deductas. En egregiam de nomine questionem inter Patronos vtricunque sententias conuenient omnes Logicam habere aliquos actus scientificos, & alios tantum probabiles, & dissident, an ratione actuum scientificorum scientia sit absolute dicenda, non obstantibus probabilibus, vel an non ita sit dicenda ratione actuum probabilium non obstantibus actibus scientificis? In questione de nomine cum illis eo, qui assertur actus probabiles, & non scientificos non impide Logicam ratione aliorum actuum scientiam dici, si ex alio capite reliqui actus absolute scientifici sint: quamlibet enim scientiam totalem absolute nomine scientia appellamus, etiam secundum aliquas sui partes probabiliter tantum circa obiectum feratur, dum tamen secundum alias scientificè procedat: Si enim totalis scientia absolute scientia dicenda non esset, quoties probabiles aliquos actus includit, neque Philosophia, neque Metaphysica scientia efficit dicenda, cum plures conclusiones includant tantum probabiliter deducatas.

Alij vero Logicam à ratione scientiæ excludunt, quia non est speculativa, sed practica, & Aristoteles nomine scientiæ tantum intellexit Metaphysicas scientias. Et aliam de nomine questionem in qua authores, qui affirmant, & alij qui negant Logicam esse scientiam, admittunt Logicam demonstratiū, & practicè procedere circa suum obiectum, & postea disputant an possit scientia die néane, ex eo quod practica sit. Quæ quidem qualitudo ad hunc locum trahenda non esset, in quo debebamus supponere quid sit scientia, seu quid debeamus intelligere hoc nomine scientia, & postea examinare an ratio significata per nomen Logicae conueniat. Est ergo in hac questione firmum inter authores, Logicam esse scientiam, si per scientiam actualē tantum intelligamus cognitionem legitime deductam ex principiis evidenter, & per se notis: est etiam inconcurrens inter illos, qui affirmant scientiam esse practicam, Logicam non esse scientiam dicendam, si nomine scientiæ actualis non intelligatur quæcumque legitima conclusio ex principiis evidenter, & per se notis, sed illa quæ speculatiū circa suum obiectum versatur. Est ergo tota dissensio in hac materia an tantum conclusio evidens pure speculativa dicenda sit actualis scientia; an etiam quilibet conclusio euidentis etiam practica talis sit dicenda; quæ est pure de nomine, vel ad summum de mente Aristotelis, de qua possumus disputare inquirentes an Aristotelem nomine scientiæ intellexerit tantum scientias speculativas, & etiam eodem nomine practicas voluerit intelligi. Aristotelem tantum intellexisse nomine scientiæ scientias pure speculativas, dum s. Ethic. cap. 3. habitus, virtutes diuīst in Intellexum, scientiam, Sapientiam, Prudentiam, & Artem, ostendi Controu. I. Punct. 5. eodemque sensu loquuntur esse dixi i. Postler. text. 5. alij 7. & 2. Metaphys. text. 3. vbi scientias practicas exclusit à ratione scientiæ. Verumtamen ibid. reuli Aristotelem s. Metaphys. textu 1. vbi scientias practicas absolutè nomine scientia appellavit. Ex quo intuli locis primò citatis non intellexisse Aristotelem

scientia nomine omnem scientiam propriè dictam, sed rationem perfectissimam scientia, quæ est in scientia speculativa, & tandem conclusi in fine Punct. s. citati, questionem esse purè de nomine, an scientia practica absolute scientia dicenda sit necne; quod iterum affirmo. In quaestione ergo de nomine, cuius neutra contradictionis pars poterit probari ex alio capite, quam ex Doctorum vnu, affirmo scientias practicas absolute scientias esse dicendas, quia communis hominum consensus cuicunque conclusioni evidentem nomen actualis Scientia imperatur.

**6** Verumtamen sunt alij, qui ex natura cognitionis practica nonnullas proprietates cum ratione scientia repugnantes deducere intendant, quorum fundamenta adducam, & soluam, ut ex omni capite constet Logicanm absolute scientiam esse dicendam, etiam secundum omnes suos actus practica sit.

**7** Obiectum primò: De ratione scientia est, ut sit de iis que sunt talia secundum naturam, non ex nobis; sed quæ in se ipsis, & in sua natura, & non in nobis principium habent. Sed practica cognitio non versatur circa obiectum, quod sit tale ex natura rei, sed ex nobis: ergo cognitio practica non potest esse scientifica, seu actualis scientia. Maior probatur ex Arist. s. Ethic. cap. 3. Minor probatur ex ipsa natura cognitionis practica, cuius est dare esse obiecto. Consequenter videtur legitimus. Respondeo Aristotelem nomine scientie non semper intellexisse scientiam in toto sua latitudine, sed aliquando illud contraxisse ad rationem perfectissimam scientie, quapropter ethi conditio in maiori propositione apposita tantum conueniret scientiis speculatiis, non ideo à ratione scientie, scientie practica essent relegandas: quia doctrina ad Philosophi autoritatem satisfaci. Iam ad doctrinam Maioris propositionis secundum se sumptam, Respondeo non esse inconveniens principium existentia obiecti esse in ipso cognitione, ad hoc ut cognitio versetur scientificè circa illud, quia etiam obiectum à cognitione producatur, dicitur tale secundum suam naturam, quia ex sua natura habet non posse existere sine his predicatis essentialibus, & repugnat sine ipsis existere, quod est habere esse ex sua natura omni modo, quo illud potest habere ens creatum, quod essentialiter debet ab alio dependere. Rem explico: agit Philosophia speculativa de homine, Logica practica de syllogismo; differunt ex eo, quod cognitio Philosophica, non est principium hominis, & cognitio Logica est principium syllogismi, quæ differentia reperitur in ipsis obiectis in ordine ad eadem cognitiones, quorum unum procedit à cognitione practica tendente circa illud, & aliud non procedit à cognitione speculativa, quæ respicitur. Ceterum sicuti syllogismi existentia habet esse à cognitione practica, tanquam à principio, hominis existentia habet esse ab alio principio, à quo procedit, cum non sit à se; & sicuti dicimus hominem habere à se, seu ex se sua predicata essentialia, verbi gratia esse animal & rationale, quia repugnat esse hominem, quia sit animal rationale; sic syllogismus habet ex se, seu à se sua predicata essentialia, quia repugnat dari syllogismum, qui non constet tribus terminis certa, fixaque ratione dispositis, neque minus repugnat dari syllogismum in Barbara non compositum tribus terminis, quorum unus qui dicitur medium sit subiectum Maioris propositionis, & prædicatum Minoris, & aliis, qui dicitur major extremitas sit prædicatum Maioris, & Conclusionis, & aliis, qui minor extremitas dicitur sit prædicatum Minoris, & Conclusionis, quæ repugnat dari hominem, qui non sit animal rationale: ergo in eo sensu in quo potest dici obiectum creatum scientia speculativa habere essentialia à se, seu ex se, quia illam aliter habere non potest, quam ab aliquo principio, quodcumque sit illud, à quo producatur, poterit idem dici de obiecto scientie practica.

**8** Obiectum secundò: Obiectum cognitionis practica potest hac vel illà ratione produci, bene & male fieri: ergo non habet ex se determinata prædicta, de quibus possit dari scientia. Respondeo idem obiectum cognitionis practica, v. g. syllogismum in Barbara, seu in alia quocunque figura, non posse diversis rationibus produci, neque indifferens esse, ut bene, malè fieri, sed necessariò certa quadam ratione producendum esse, & rectè esse faciendum, si talis syllogismus faciendum sit, scientia enim

practica non eò tendit, ut rectè fieri aliquod obiectum, quod indifferens est ut bene vel male fiat, sed ne loco obiecti producendi, quod per se ipsum rectum est, & non potest eo ipso quod fiat non recte fieri, producatur aliud obiectum quod per se ipsum declinet à dictamine scientie practica, aliter fieri nequeat. Patet hoc in quocumque syllogismo, qui est obiectum scientie practicae, qui per se ipsum est conformis, aut disconformis reguli artis, & nunquam fieri potest ut syllogismus ille, qui semel est disconformis, fiat conformis, aut è contra; idemque est dicere: syllogismus iste non est recte factus iuxta syllogismi regulas, ac dicere, syllogismus iste, seu propositiones iste, quæ syllogismi loco ponuntur non sunt syllogismus, neque ex illis syllogismus resulat: idem dico de quocumque sciendi instrumento, idem enim est dicere, haec definitio, seu haec divisio, seu haec demonstratio est vitiosa, ac dicere haec definitio, aut divisio, aut haec demonstratio simpliciter talis non est.

**9** Obiectum tertio: Omne obiectum cognitionis practica est illud, quod fieri potest à nobis: sed illud quod fieri potest à nobis est singulare: ergo omne obiectum practicum est singulare. Sed de singularibus non datur scientia: ergo de obiecto cognitionis practicae non potest dari scientia: ergo cognitio practica, quæ versatur circa tale obiectum, scientia non est. Hurtadus disp. i. Metaphys. sct. s. sublect. 4. afferit posse dari scientiam de singularibus, quia de his numero cælis, qui de facto sunt inquirit Philosophia, an constent materia, & formæ: & quia cùm quærum de magnitudine celi Empyrei, Solis, & Luna agitur de hoc cælo Empyreo, & de hoc Sole, & Luna, quæ de facto sunt, & ex his singularibus doctrina ad alia similia ducitur. Similiter demonstrat Astrologus hanc numero eclipsis crastinæ die futuram, & hanc numeri stellarum coniunctionem, que motu naturali cælorum mediæ hac nocte continget.

**10** Non haec conuincent dari scientiam de singularibus quatenus singularia sunt, & vltimas differencias individuas includunt, quia cùm inquiritur de his numero cælis, qui de facto sunt, an constent materia, & formæ, non de illis inquiritur formaliter ut sunt talia individua, quia etiam si essent alij cæli numero diversi cum proprietatibus omnino similibus, quos neque sensus neque intellectus humanus ab his posset discernere, idem eodem modo de illis disputaret; sed demonstratio si qua est in hac materia, procedit de his cælis quatenus conuenient cum aliis eiusdem rationis cum ipsis, qui eorum locis possint produci. Idem dico de eclipsis, & siderum coniunctione, quas demonstrat Astrologus: non enim illas demonstrat, quatenus sunt talia individua, neque quatenus procedunt ab hac ratione individua motus, sed secundum rationem communem quæ comprehendit aliam individuam eclipsim, & aliam individuam coniunctionem, quæ ab alio numero cælorum motu, & ab aliis cælis numero distinctis possint contingere.

**11** Respondeo obiectum cognitionis practica esse obiectum quod potest fieri à nobis, nihilominus posse esse rationem communem, & vniuersalem materialiter sumptam, seu quæ sit vniuersalis per ipsam cognitionem, quia haec ex parte obiecti nihil aliud dicit, quā plura individua, quorum vniuersalitas non supponit ad ipsam cognitionem, quia in mea sententia vniuersalitas à cognitione non distinguitur, & in sententia aliorum sit per ipsam cognitionem. Ad formam argumenti respondeo cœcessa majori distinguendo minorem. Obiectum quod potest fieri à nobis tantum est hoc numero singulare, & non aliud, nego hoc singulare, & illud singulare vnumquodque ut distinctum ab alio, concedo. Deinde distinguo consequens: ergo obiectum cognitionis practicae debet esse hoc singulare, & non aliud, nego consequentiam: debet esse hoc singulare, & illud singulare, concedo consequentiam. Deinde distinguo minorem seu secundum antecedens, sed de singularibus non datur scientia, distinguo minorem; de singularibus non datur scientia, quatenus cognoscuntur secundum rationem communem omnibus, & instar vnius nostro modo concipiendi, in réque omnibus similem, nego: secundum rationem illam quæ est propria huius numero individui ut distincti ab aliis, transeat. Itaque cognitione practica respicit plura individua, quorum quolibet possumus ex vi illius cognitionis efficere,

etas

intercedit tamen duplex differentia; prima est, quod una, eademque practica cognitionis attingit simul omnia individua, que non nisi successuē & per distinctas actiones nos possumus efficiere. Secunda, quod ex vi cognitionis practicae scientificæ, quā omnia individua, quae à me fieri possunt confundantur, & ab illis praecinduntur, sive ex parte actus, sive ex parte obiecti, differentia individuialis, ex vi tamen actionum, quibus sunt neque datur confusio aliqua individualium, neque differentiarum præciso, quia licet intellectus vim habeat præscindendi unum prædicatum ab alio ex his, quae sunt in obiecto, nulla potencia effectiva neque ipse intellectus potest similarem præcisionem exhibere circa effectum. Itaque ex vi cognitionis præscindens, per quam fit sive actiuē, sive formaliter obiectum viuens, sive datur actio non præscindens: seu hanc numero praxis, quia ex vi cognitionis; quā ego dico, syllogismus in Darij consistat tribus terminis hac ratione dispositis, que se extendit ad omnes syllogismos, qui in Darij fieri possunt, & præscindunt à differentia individuali cuiusque, habet intellectus sufficientem directionem, ut oblatā hae aut illā materiali, in hac seu in illa possit syllogismum in Darij consciere.

<sup>12</sup> Obiectis: Cognitiones scientificæ sunt eterna veritatis, & habent obiectum necessarium. Sed id quod potest à me fieri non habet eternam veritatem, siquidem in tempore sit, neque est obiectum necessarium, siquidem potest non fieri: ergo non est obiectum scientie. Respondo. Cognitiones scientificas dici eterna veritatis, & necessaria, non quia annunciant aliquid obiectum existens ab eterno, seu necessarium secundum existentiam, sed quia de obiecto sive necessario, seu contingenti, secundum existentiam ab eterno, vel in tempore existenti enunciant ea, que illi sunt essentialia, præcisè quatenus essentialia, seu quatenus connexa cum subiecto in quocumque statu consideretur, sive existens, sive tantum possibile, exempli gratia, haec propositio, homo est animal rationale, dicitur eterna veritatis, quia tantum significat implicare dari hominem, qui non sit animal rationale, quod per totam eternitatem verum est, quis nullum eternitatis instantis assignabis, in quo deitur homo, qui non sit animal rationale, et si quocumque instanti homo existens contingenter existat, & in illo potuerit non existere. In hoc sensu de syllogismo, quem contingenter in tempore conficio potest dari propositio veritatis necessaria, & eterna, haec enim veritas, syllogismus in Darij consistat tribus terminis hac ratione dispositis, ab eterno prolatā est vera, quia sicuti implicat dari hominem in aliquo eternitatis instanti, in quo non sit animal rationale, sic implicat in aliquo eternitatis instanti dari syllogismum in Darij, qui non consistit tribus terminis hac ratione dispositis. Eodem sensu omnes conclusiones ab eterno veritatem, & necessitatibus habent, ab eterno enim est obiectum huius propositionis, *Definitio consistit genere & differentia*; hoc est, eo ipso quod sit definitio, in quacumque materia illa sit contabit genere, & differentia, & ab eterno est verum dicere, *definitio est clarior definitio*, hoc est eo ipso quod sit definitio, in quacumque materia illa sit, erit clarior suo definitio: ex hoc ergo capite non repugnat cognitionem practicam tendere scientificæ in obiectum ex vi illius in tempore, & contingenter producere, cum de obiecto contingenti secundum existentiam possint dari enunciations necessaria, & veritatis eterna.

Ex hoc inferes verum non esse, quod docet Smi. Letius, disp. 2. quæst. 5. pag. 173, existentiam subiecti practici dependeret à nobis, & a nobis constituti, & ita omnem conclusionem practicam dependeret ex altera premissa contingentia, quia eti medium in maiori necessario coniungatur cum passione, in minori contingentia coniungitur cum subiecto, quae contingentia impedit absolutam propositionem conclusionis. Quam doctrinam hoc Logico exemplo confirmari dicit. *Omnis syllogismus constans talis dispositione relatae concludit: syllogismus in Barbara consistat tali dispositione terminorum: ergo syllogismus in Barbara resili concludit: in quo syllogismo manifestum esse ait, medium necessario coniungi cum passione; in minori autem affirmat, contingenter cum suo subiecto coniungi; nam quod si ogismus ille sit in Barbara, & quod habeat talem dispositionem non provenit ex natura rei, sed ex intellectu*

nostro talem structuram syllogismi consciente ad finem recti discursus.

<sup>13</sup> Rem non ita se habere constat ex doctrina tradita, quia quod syllogismus ille, qui de facto est in *Barbara* sit in *Barbara*, & talem dispositionem terminorum habeat, tantum potest à nostro intellectu dependere, quatenus dependet à nostro intellectu fieri talem syllogismum, in quo sensu etiam pendet à Ioanne generante Petrum, hunc esse hominem, & esse animal rationale, quia sicuti syllogismus, qui est in *Barbara* non existaret, si non fieret à nostro intellectu, sic Petrus, qui est animal rationale, non existaret si non procederet à Ioanne, vel ab alio loco Ioannis, & sicut implicat Petrum produci à Ioanne, vel à quocumque alio, quin Petrus euadat homo, & animal rationale, sic implicat hunc syllogismum, quem dicimus esse in *Barbara* produci ab intellectu, quin euadat *Barbara*, & cum huc terminorum dispositione, quā essentialiter constat, ita ut si in aliquo terminorum alteraretur dispositio, non solum non esset syllogismus in *Barbara*, sed neque esset idem syllogismus, quia physicè esse, hunc syllogismum, esse in tali figura, & habere hanc terminorum dispositionem sunt omnia realiter idem. Quomodo autem regule artis deferuant ut syllogismus sit in *Barbara* dixi supra. Regule autem artis ut sive dixi non deferunt, ut syllogismus idem indifferens sit, vel non sit in hac figura, de facto sit in illa, sed ut ex innumeris syllogismis probabilibus, quorum hic essentialiter est in *Barbara*, ille in *Darij*, ille in *Cesare*, & ille in *Datapi*, & aliis conceptibus quā syllogismorum apparentiam habent, & syllogismi non sunt, à nobisque propter illam fallacem apparentiam syllogismi fallaces appellantur, de facto intellectus noster elicet hunc syllogismum præ alio, qui essentialiter est in illa figura, in qua nos intendimus syllogismum confidere.

<sup>14</sup> Ultimò adduci solet quoddam problema Aristotelis assertentis absurdum esse simul querere scientiam, & modum sciendi: Sed Logica est modus sciendi: ergo non est scientia, alias in Logica simul daretur scientia, & modus sciendi, & qui Logicam inuestigaret, quereret simul scientiam, & modum sciendi. Plausibilis inter Doctores solutio est, Aristotelem fuisse loquutum de scientia distincta à modo sciendi, & tantum intendisse absurdum esse simul querere Logicam, & scientiam aliam à Logica distinctam.

<sup>15</sup> Hic latè nonnulli disputant, an Logica non tantum vt docens, sed vt vtiens sit scientia? Huic questioni facile respondeo: Logica vtiens formaliter est quodlibet sciendi instrumentum in quacumque materia confectum, seu ad quacumque scientiam pertinens vt actu directum, & dependens à preceptis Logicæ: sed hunc syllogismum, quem ego conscio, actu dirigi Logicæ preceptis, & ab illis dependere, est quedam extrinseca denominatio, quia absque illis preceptis, eti non ita facilè posset fieri idem syllogismus, & non pertinet formaliter ad tendentiam syllogismi directi in suum obiectum: ergo non pertinet ad rationem formalem scientie: ergo Logica vtiens vt vtiens non est scientia. Priorem consequiam probo: ratio scientie est intrinseca actu, & dicit respectum ad obiectum. Sed ratio formalis vtiensis non est intrinseca actu, neque dicit respectum ad obiectum: ergo ratio formalis vtiensis, non est ratio formalis scientie: ergo actus Logica vtiensis vt vtiens non est scientia. Ex hoc infero actum Logica vtiensis vt vtiens nunquam esse scientiam formaliter, materialiter autem aliquando non ita, quia aliquando actus directus preceptis scientie est.

<sup>16</sup> Logicam docentem, vt docentem vulgo dicitur esse scientiam, quod non ita intelligendum est, vt omnis formalitas docentis, seu omnis docendi ratio sit ratio formalis scientie, quia in Logica docente plures sunt actus tantum probabiles, qui nullā ratione, neque formaliter vt docentes, neque materialiter sumptū scientifici sunt. Respectus docentis est respectus ad obiectum, de quo Logica ostendit quā ratione faciendum sit, quod potest docere conclusione deducta ex principiis probabilibus, & tunc talis doctrina formaliter non erit scientia; & potest docere modum quo faciendum sit sciendi instrumentum per medium evidens, seu conclusione deductā ex premisis evidenter, & tunc talis doctrina, seu talis docendi modus erit formaliter scientia, ad cuius rationem for-

malem

malem spectat tendentia in obiectum, quod ex vi illius appetit per medium euidens. Ex hoc infero Logicam docentem ut docentem præcisè sumptum non esse scientiam, quia potest dari actus Logicae docentis, qui scientia non fit; Logicam vero ut docentem, seu ut ostendentem modum quo faciendum est sciendi instrumentum per medium euidens, seu conclusione deducta ex præmissis euidentibus formalissimè esse scientiam.

18

Omnia que de actibus Logicae ut sic, & de actibus Logicae docentis & videntis huc usque diximus disputantes, an illis ratio scientiae actualis conueniat, eodem proribus modo transferenda sunt ad habitus, à quibus procedunt; ille enim habitus dicitur habitualis scientia, qui est principium actus, qui est scientia actualis; & habitus, qui huiusmodi actus principium non est, nullatenus habitualis scientia dicitur.

## P V N C T V M IV.

*An Logica sit ars.*

1

Ncidimus in egregiam de nomine questionem, quam sine contentione adhuc illorum, qui de hac re contendunt, breueriter definiam. Logicam esse artem defendunt P. Fonseca 2. Met. cap. 3. quæst. 2. sect. 4. P. Valsq. 1. 2. disp. 8. cap... & pauci ex antiquis apud Vallium modo citandum. Dialecticam non esse artem defendunt P. Tolet. q. 4. de Dialectica in communis proprie finem, P. Vallius Part. 2. Prolog. q. 4. cap. 10. P. Smigletius disp. 2. sect. 5.

2

Aristoteles artem definit: *Habitus cum ratione factius*, que differt à prudentia, quam definit idem Philosophus: *Habitus cum ratione actius*, per ly *factius*, cuius verbi exppositio est totum huius difficultatis negotium. Duxi Controu. 1. Punct. 1. Aristotelem factiōnē appellasse, omnem actionem sive internam, sive externam distinctam ab habitu voluntatis, quod inferebam, ex eo, quod in illa diuīsione habitus in Intellectum, Sapientiam, Prudentiam, & Artem, nomine artis scientias practicas intellexerit, & nomine scientia speculativa tantum comprehendit. Iuxta hanc definitionis Artis expositionem, Logicam esse artem compertum est, quia est habitus cum ratione præscribens quā ratione facienda sint sciendi instrumenta, quā sunt operationes intellectus distinctæ à voluntatis operationibus. Neque ars secundum hanc acceptiōnem defumpta opponitur cum ratione scientia, potius omnes scientias practicas comprehendit.

3

Alij ex Aristotele probare intendunt factiōnē esse actionem, quæ præter ipsam habet aliquod opus externum quod post se relinquit, sicuti ars adificandi post actionem relinquit adificium post illam perseverans. Ex eodem capite iidem affirmant Aristotelem 1. Magnorum Moraliū c. 33. negare ethiarchizationem esse factiōnē, quia non relinquit opus post se. Luxa hanc artis acceptiōnem Logican non esse artem compertum est, quia operatio, ex vi cuius sciendi instrumentum constituitur, nullum opus post se relinquit, & ita habitus, ex vi cuius sit sciendi instrumentum habitus factiōnē dici nequit, & consequenter habitus factiōnē dici non potest. Ex hoc capite à ratione artis P. Toletus, P. Vallius, & P. Smigletius suprā citati Logican excludunt.

4

Tota hæc quæstio deuoluitur ad inquirendum, quid Aristoteles intellexit per nomen *factius* in definitione positum, & quid idem Philosophus per factiōnē intelligat, cuius principium nomine *factius* significatur, in qua video nobiles Aristotelis interpres afferentes Aristotelem nomine *factius* intellexisse principium operationis exteræ, ideo ab hac expositione non recedo, iuxta quam dicendum est Logicam non esse artem. Standum tamen est dictis Controu. 1. Punct. 5. vbi dixi nomine artis omnes scientias practicas intellexisse Aristotelem, & ita nomen *factius* in definitione artis appositum extendendum esse ad omnes operationes etiam internas distinctas à voluntatis operationibus.

5

Quæ duo componentur si dicamus in predicta definitione extendisse nomen artis, & rationem factiū, ad habitus, qui strictè loquendo factiū non sunt, & rationem factiōnē ad actiones, quæ non ita simpliciter debent appellari, sed tantum secundum quid propter similitudinem aliquam, quam habent in hoc quod est dirigi aliis actibus

intellectus, cum externis operationibus, quæ propriæ factiones dicuntur. Cum enim in eadem diuīsione nomen scientia non in rotâ sua fatitudine defumpſisset, quatenus se extendit ad omnem scientiam, sed tantum pro scientiis speculatiis, necessum fuit illi nomen artis extenderet ad illa quæ tantum secundum quid, & propter similitudinem aliquam artes dicuntur, ut sub illo comprehendenderetur ea, quæ nomine scientiæ sub quo legitimè comprehendendi debent, continerentur. Potuit autem Aristoteles ut nomine scientia strictiori significatione, quam in se habet, ut ostenderet excellentiam scientiarum speculatiuum, quarum comparatione practica scientia, etiæ essentiæ scientiæ gaudeant, non simpliciter scientia appellandæ esse videntur. Supposita autem hac stricta acceptio scientia, necessum fuit laxa ut artis acceptio, ne scientia practica in illa diuīsione non contenta nomine scientia omnino à diuīsione excluderentur.

## P V N C T V M V.

*An Logica sit scientia practica vel speculativa.*

R euocanda sunt in memoriam illa, quæ de natura scientia practica & speculativa tradidi Controu. 1. Punct. 2. quibus præmissis facilè præsentem dirimam quæstionem.

Prima sententia docet Logicam esse purè speculatiuum: sententiam hanc defendunt Scotus, quem sui sequuntur. Ex modernis Rada Controu. 3. art. 2. Faber in prologo sententiārum disp. 9. c. 1. Theodorus ibid. quæst. 4. Merinero in Logica disp. vnica prœomial. quæst. 6. sect. 2. & apud hos plures ex antiquis Scori discipulis. Eandem amplectuntur ex Thomistis non pauci, Capreol. q. 2. prol. Soncinas 6. Met. q. 2. Tabel. ibid. Sotus in Logica q. 4.

Secunda sententia docet Logicam partim esse practicam, partim speculatiuum: ita sentiunt P. Valsq. 1. part. disp. 4. n. 2. P. Suar. 2. Met. disp. 44. sect. 13. n. 54. P. Rub. q. 5. Proemij num. 14. Hurt. disp. 2. sect. 2.

Tertia sententia docet Logicam neque esse practicam, neque speculatiuum, neque utramque differentiam secundum distinctos actus habere, quia neutram illarum propriæ in se habet; & impropriæ aliquid viriusque participat. Sententiam hanc defendunt Smigletius disp. 2. sect. 4. & P. Vallius part. 2. prolog. q. 4. c. 16. c. 15. 16. & 17.

Quarta sententia cui assentior afferit Logicam esse mereorū practicam. Defendunt hanc sententiam Fonseca 2. Met. c. 3. q. 2. sect. 4. Conimb. q. 4. art. vnico, Arriaga disp. 3. sect. 4. subsect. 2.

Prima sententia fundamentum est Logicam versari circa operationes intellectus, ex quo inferit Logicam non esse practicam, quia ratio practicæ dicit ordinem ad proxim. & operatio intellectus praxis esse nequit, cum essentialiter sit speculatio, quæ praxis oponitur. Fundamentum istud impugnauit Controu. 1. Punct. 2. vbi contra Seorum, & illius affectus probauit nostri intellectus operationem optimè posse rationem praxis habere, & hanc non dicere actionem distinctam à nostri intellectus operationibus.

Fundamentum secundæ sententia est, dati in Logica aliquos actus, qui practici esse nequeunt, quos postea obiciam contra propriam sententiam, & ostendam tales actus practicos esse, vel ad Logicam non pertinere.

Eidem ferè fundamento, quo prima, tertia innititur sententia, quæ afferit Logicam non esse propriæ practicam, neque propriæ speculatiuum, negat enim esse speculatiuum, quia non sit in cognitione sui obiecti; & non affirmat simpliciter esse practicam, quia illius obiectum sunt nostri intellectus operationes, quibus ratio praxis conuenire nequit, quia hæc dicit actionem distinctam ab operationibus nostri intellectus. Concedo ergo huic sententiæ Logicam non esse speculatiuum proper rationem, quæ ipsa vtritur, & nego practicam dici non posse, quia versetur circa operationes nostri intellectus, quibus ratio praxis conuenire non possit, ostendi enim loco citato optimè predictam rationem praxis nostri intellectus operationibus conuenire. Quod si velis defendere proxim dicere actionem distinctam à nostri intellectus operationibus, alii cui testimonio Philosophi adhaerens, contentio tantum poterit esse de Philosophi mente, in re enim omnes coenimus Logicam dirigere nostras intellectus operationes,

&amp;

& non alias ab his distinguitas, quod nos dicimus sufficere, ut practica appelletur, & tu dicis sufficiens non esse vt à nobis practica dicatur, absque eo quod tu neges in Logica formalitatem aliquam, quam nos concedamus, vel absque eo quod nos aliquam formalitatem ab his, quas tu in Logica ponis, auferamus, alia ratione constitutamus.

Possem pro quarta sententia, quam amplector adducere. D.Thomam opusc. 70. in Boetium de Trinitate quest. de divisione scientiarum speculatiuum, in responsione ad secundum, vbi expresse affirmant Logicam non esse speculatiuum; sed quia poterunt authores secundarum sententiarum respondere Angelicum Doctorum dixisse esse practicam, & non speculatiuum, quia secundum maiorem partem actuum est practica, & tantum secundum aliquos speculatiuum, ab autoritate Doctoris Angelici abstineo, & ratione meam conclusionem probbo. Logica versatur circa intellectus operationes dirigendas: sed directio operationum intellectus est praxis, seu operatio: ergo versatur circa operationem, seu proximam: ergo Logica est practica. Non versari circa aliquod obiectum merè illud speculando sic probbo. Totum Logicarum obiectum adiquatum sunt intellectus operationes, harumque directio, videlicet constructio definitionis, divisionis, propositionis, argumentationis: sed hec omnia sunt à Logica, quae versatur circa illa dirigendo intellectum, ut recte hæc sciendi instrumenta conficiat: ergo totum obiectum circa quod Logica versatur est operabile, & circa illud modo operabili versatur.

10 Respondent authores opposita sententia Logicam ipsam circa obiectum à se factum post ipsam operationem tendere speculatiuo modo, sicut artifex facta domo merè speculatiu[m] considerat esse diuturnam, & à frigore defendere. Contra consideratio passionum, vel proprietatum obiecti facti à Logica vel conductit ad operationes intellectus dirigendas, vel non conductit: si conductit, erit practica; si non conductit, non pertinebit ad Logicam, quia hæc tantum agit de operationibus dirigendis, non vero de ipsa operationibus secundum se, nec de ipsa directione, nisi quatenus ab ipsa Logica procedente. Contemplatio enim instrumentorum sciendi secundum se non ad Logicum, sed ad Philosophum, vel Metaphysicum attinet. Exemplum de architecto nihil probat, quia quando considerat artifex domum esse diuturnam, & defendantem à frigore, considerat id quod artifex intendit facere, quia intendit facere domum defendantem à frigore, hoc est, tali modo dispositam ut à frigore defendat. Cognitio enim, quæ pertinet ad artificem, & in qua ars actualis consistit, dicit, dominus ita facienda est ut à frigore defendat, ex vi cuius artifex dominum facit tali modo dispositam ut à frigore defendat.

11 Instabis: artifex considerat dominum iam factam, que consideratio ad dominum faciendam nequit deserire, ac proinde neque practicam esse, sed purè speculatiuum. Respondeo dominum factam posse considerari ut iam factam præcisè, vel posse considerari ut factibilem ex se, vel quatenus potest in illa corrigi aliqui error, si forsan in illius structura sit commissus. Si posterior modo consideretur, cognitio practica erit; si priori, cognitio illa ad artem architectandi non pertinebit, quod cædem prorsus ratione in Logica contingit, possum enim ego examinare circa syllogismum iam factum, an habeat omnem conformitatem cum preceptis Logicarum cognitione præcisè ordinata ad illum syllogismum speculandum, ita ut si appareat syllogismum non esse legitimum, ex vi illius cognitionis non ego potero syllogismum legitimum confidere, & tunc cognitio illa practica non erit. Possum insuper inspicere an syllogismus à me factus habeat conformitatem cum preceptis Logicarum, ut si proprietas illæ in syllogismo facto desideretur, aliud conficiam, in quo reperitur omnimoda conformitas cum Logicarum preceptis, & tunc talis consideratio spectabilis ad Logicam, & erit practica.

12 Instabis: quando ego considero syllogismum à me factum non esse iuxta regulas artis, & ideo syllogismum alium regulis illis conformem efficio, duplum reperi cognitionem, quandam ex vi cuius detegi syllogismum non esse legitimum, aliam, quæ prescribit modum, quo aliis syllogismus legitimus sit faciens, qui loco legitimi substituatur, ex quibus posterior erit practica, quia prescribit modum, quo faciendus est aliis syllogismis; & prius speculativa, quia illa immediate non prescribit modum, quo faciendus est talis syllogismus, sed proponit

malitiam syllogismi iam facti, ex qua mouetur ad faciendum alium directum preceptis Logicarum, & non cognitione quæ deprehenditur malitia prioris syllogismi: ergo prior illa cognitione practica non est, quia non ex eo, quod mouetur ego, ad aliquid faciendum ex hoc obiecto cognito, cognitionis obiecti practica est, alia cognitionis quæ Deus cognoscit hominum peccata, practica est, quia ex peccatis cognitionis mouetur Deus ad poenam infligendam.

13 Respondeo cognitionem illam priorem, ex vi cuius tantum comprehenditur malitia syllogismi iam facti, & tantum deferunt ad alium legitimum faciendum applicando motuum, quo voluntas determinatur ad faciendum alium syllogismum, per se, & intrinsecè non pertinere ad Logicam, sed tantum extrinsecè, quatenus ego illam elicio ex intentione faciendi alium syllogismum, si forsan errore aliquem deprehenderim in syllogismo iam facto, & ita sicuti extrinsecè, & non per se pertinet ad Logicam, sic potest extrinsecè, & non per se, sed ratione intentionis, à qua procedit dici practica, etiam si intrinsecè & per se cognitionis speculativa ut recte probat ratio facta. Neque obstat Logicam frequenter uti tali cognitione, vt dicamus adhuc talem cognitionem Logicam non esse, sed Philosophicam, aut Metaphysicam, quia Naucerus utitur cognitione coniunctionis syderum, ut temporis opportunitatem ad nauigandum agnoscat, & tamen cognitionis circa syderum coniunctionem, & temporis tranquillitatem non pertinet per se formaliter ad artem Nauticam, sed supponitur ad exercitium ipsius artis: sic affirmo in presenti Logicum speculantem malitiam huius syllogismi, ex qua mouetur ad rectum syllogismum faciendum regulis artis directum, ut cognitione speculativa circa malitiam syllogismi iam facti, quæ formaliter non pertinet ad Logicam, sed ad Philosophiam, seu ad Metaphysicam, ut ex illa mouetur ad faciendum syllogismum directum Logicarum preceptis, sicuti Naucerus utitur cognitione pertinente ad Astrologiam, ut ex illa mouetur ad nauim ducendam iuxta precepta Nauticæ artis.

14 Obseruant authores afferentes Logicam habere aliquos actus speculatiuos: Hæ cognitiones, definitio & definitum concurruntur; genus latius pater suis differentiis; conclusio identificatur cum præmissis pertinent ad Logicam, & tamen non sunt practica: ergo non omnis cognitionis practica pertinet ad Logicam. Priorem partem antecedentis nemo negabit, posteriorem probbo. Illa quæ identificantur sunt obiectum definitionis cum obiecto cognitionis, per quam cognoscitur definitum, & obiectum conclusionis cum obiecto præmissarum. Similiter, illud quod latius patet est obiectum, quod ex vi cognitionis genus denominatur respectu obiecti, quod ex vi cognitionis denominatur differentia: sed hæ major extensio generis, & illorum extremorum identitas sunt independentes à prædictis cognitionibus: ergo prædictæ cognitiones per ordinem ad hæc obiecta practica non sunt. Respondeo hos Logicarum actus non versari circa conceptus obiectivos, sed circa formales, quod probau Punct. 5. & ita esse practicos, sonant enim, sic conficienda est definitio ut illius significatum sit idem cum significato cognitionis, per quam cognoscitur definitum, tales præmissæ debent in syllogismo adduci, talisque debet esse conclusio, ut huius illarumque obiectum significatum realiter sit idem; dum tali debet esse cognitionis generis ut ad plura se extendat obiecta, quæ cognitionis alterius differentiæ, quæ cognitiones practica sunt, deferunt enim, ut iuxta modum ab illis præscriptum efficiantur definitio formalis, formales præmissæ, conclusio formalis, & formales conceptus generis, & differentiæ. Idem dico de illis principiis, dici de omni, & dici de nullo, quæ immediatè dirigunt intellectum, ut ex propositione universalis affirmativa particularem affirmatiuum inferam, & ex universalis negatiua particularem negatiuum deducam.

#### PUNCTVM VI.

*De utilitate, & necessitate Logica ad alias scientias.*

D

Vplici ratione utilis est Logica omnibus aliis scientiis. Primo dirigunt intellectum ad sciendi instrumenta facienda, videlicet definitionem, divisionem, argumen-

argumentationem, quibus scientia omnes vtuntur. Secundò suppedando generalia media ad disputandum, & discurrendum de rebus omnibus, ostendendo videlicet locos communes, & sedes argumentorum, ex quibus argumenta ad quamcumque rem probandam desumpsi posse. Primum illud spectat ad formam argumentandi, secundum ad materiam; quamvis enim qualibet scientia habeat media singularia ad suas conclusiones inferendas, tamen Logica omnibus præbat generalia quadam media ex locis communibus desumpta, &c. de locis definitionis, descriptionis, notationis, partium, totius, caufarum, effectuum, antecedentium, consequentium, repugnantium, similiis, &c. de quibus omnibus doctè, & latè Noster Fonseca lib. 7. constitut. Dialecticarum à cap. 10. usque 38. Hæc pars topica vt distincta à reliquo iuxta strictam nominis significationem, Dialectica nomen sibi assertare debebat, vt eruditæ ostendunt Nostræ Conimbricenses quæst. 4. Proemial. art. 1. iam tamen vsu receptum est Dialectice nomen extendi ad hanc partem topicam, & ad alias, quæ specialiter Logica nomine gaudabant.

**2** Hec duo præstat Logica reliquis scientiis immediate per proprios actus, habitus enim Logicae immediatè ad actus aliarum scientiarum non concurrat, neque ab illis dignitur, sed tantum à Logica actibus; omnis enim habitus concurrat ad actus similes illis, à quibus producitur. Actus Logicae directiū concurrent ad actus reliquarum scientiarum constat ex dictis de natura Logica docentis, & vtentis, vbi per directionem explicuimus docentis & vtentis Logicae formalitates. Neque aliis est actius influxus necessarius procedens à Logica actibus terminatus ad actus aliarum scientiarum, eo enim ipso, quod per actus Logica instruitur intellectus de modo, quo faciendum est sciendi instrumentum, oblatâ materia cuiuscumque scientie intellectus facilis est ad instrumentum sciendi conficienda, qua elicituè procedant à scientia illa, ad quam spectant, & directiū à Logica actibus, vt latius dicebam Punct. 2. n. 17.

**3** Ad definiendum quomodo Logica necessaria sit ad alias scientias supposito modo influenti in illas, sciendum est duplē esse necessitatem, vnam ad simpliciter operandum, quæ suppleri nullo modo potest, quæ necessitate existentia ad operandum requiritur. Alia est necessitas secundum quid vel ad melius, quæ suppleri potest aliquo labore, vt necessitas, quam habeo equi, vel currus ad eundum Matritum. Deinde in memoriam revocandum, est Logicam actualē aliam, quandam esse habitualē; Logica actualis dicitur ipse actus Logicae; habitualis Logica appellatur habitus, à quo procedit actus, qui dicitur Logica actualis. His premissis nonnullis conclusionibus breuiter rem definio.

**4** PRIMA CONCLUSIO. Quilibet actus scientificus cuiuslibet scientie potest acquiri sine Logica actuali, & sine habituali. Probo hanc conclusioñem: priores actus scientifici Logici acquiruntur sine Logica precedenti: ergo similiiter poterunt alij acquiri, cuiuscumque scientia sint. Secundò probatur: possunt premissæ cuiuscumque conclusionis in particulari, & illarum cum conclusione connexioni agnosciri sine Logica: ergo potest acquiri scientia actualis sine Logica. Antecedens patet in pluribus illationibus, quas homines nulla instruēti scientie conficiunt: ratiō enim dicit, homo sentit quia est animal, quæ causalis propositio hanc inuoluit demonstratiōnem: Omne animal est sensitivus: Homo est animal: ergo homo est sensitus. Quod si alia sunt conclusiones, de quibus non est eadem ratio, quia difficultius illarum connexioni cum premissis agnoscitur, difficultas illa vinci poterit maiori studio, & ingenij perspicaciā, quibus sine Logica quicquid poterit allegari perfectam notitiam illarum premissarum cum conclusione. Addo difficultatem vinci non posse Logica actuali, aut habituali, quia non ostendit connexionem premissarum in particulari cum conclusione, sed docet quomodo disponenda sunt premissæ, que alijs cum conclusione cognoscantur connexa, vt ex illis per discursum legitimū inferatur conclusio.

**5** SECUNDA CONCLUSIO: Omnes actus scientifici omnium scientiarum metaphysicæ loquendo possunt acquiri sine Logica. Infertur hæc conclusio manifestè ex precedenti, quia si quilibet in particulari potest acquiri, uno acquisito poterit alius, & alius acquiri,

acquisitio enim unius non impedit alijs acquisitionem, imò ad illam adiuuat.

**TERTIA CONCLUSIO:** Moraliter loquendo implicat quicunque maximo studio, atque labore acquiri simul actus alius scientia sine Logica actuali. Ratio conclusioñis sumenda est ex difficultate obiectorum, quæ maxima est, & ex imbecillitate intellectus, idque experientia fuderat, qua videmus hominem Logice ignarum vix vnum, vel alterum discursum rectum efformare, sed quā plura, quantumvis polleat ingenio, reperitione terminorum inuoluere, & implicare.

**QUARTA CONCLUSIO:** Non potest aliqua scientia moraliter loquendo secundum omnes sui partes sine Logica habituali acquiri. Ratio est, quia non potest acquiri sine pluribus actibus Logica, ex quibus necessariò consurgit habitus, ac proinde habitus Logicae concurrunt cum actibus aliarum scientiarum mediis actibus Logica, à quibus producuntur, quasi quid consequens actus Logica, qui aliarum actus antecedunt, & mediis aliis actibus, quos producunt tanquam principia mediata, quæ influent in actus Logice immediatè dirigentes aliarum scientiarum actus.

**QUINTA CONCLUSIO:** Logica actualis requiritur ad facilius, & minori labore, & absque errandi periculo reliquias scientias acquirendas. Probatur conclusio ex tertia iam tradita, quia si moraliter non possunt omnes actus scientie acquiri sine actibus Logica, certum est actus Logica conducere ad aliarum scientiarum actus faciliter exercendos.

**SEXTA CONCLUSIO:** Habitus Logica iuuat ad reliquias scientias facilius acquirendas. Probatur hæc conclusio ex proximè precedenti: actus Logicae requiruntur ad alias scientias facilius acquirendas ergo habitus Logica, qui facilitatem inducit ad actus Logicae præquisitos, mediis his iuuabit ad illas scientias acquirendas.

### CONTROVERSIA III.

#### *De Natura vniuersalis.*

**P**LURA, quæ non pauci in hoc loco intemperie tractant, supponenda sunt, vel legenda Controu. 4. Metaph. vbi per totam latè ago de distinctionib[us] num generibus, & explico quid sit realis distinctio, & distinctio rationis, & quibus entitatis hæc & illa conueniant.

Definiam ergo omnia, quæ ad præsentem materię spectat, ex principio ibi tradendis, quod si tibi videatur necessariò præmittenda ad explicandam Vniuersalitatem naturam, non tibi difficile erit illorum lectiōnem præmittere, si aedes Controu. 4. Metaphysicam, quam hoc eodem volumine tibi offero. Nec ramen credas precor, ab illo loco esse extrahenda, & ad præsentem transferenda, quia necessaria sunt ad intelligentiam eorum, de quibus in præsenti sumus acturi, nihil enim propriū sibi vendicat Metaphysica, quām quæstiones de distinctionib[us] num generibus, & prædicatis, in quibus singulæ distinctiones reperiuntur, & si omnia, quæ ad perfectam intelligentiam eorum, de quibus tractat Logica essent præmittenda, necessariò Metaphysica tota Logicam præiret. Posset forsitan dampnare me hic agere de natura vniuersalitatis, cuius essentiam iure optimo Metaphysica speculari debebat. Non infior vniuersalitatis naturam à Metaphysica esse inquirendam, verum tamen negabit nemo, nec verbum posse dici de naturis quinque prædicabilium, quæ in Logica necessariò sunt explicandas, si prius vniuersalitatis natura nobis non innotescat, quapropter necessarium duxi hanc de vniuersalitatis natura Controversiam præmittere.

PVNCT.